Admod. Principi Viro Baccae meo

Pendet ad hunc seb Judice ordini illud litigium per Ill.s Prior
vos/seniores patres Amplis.mi pendet habemus adhuc
adhuc illud litigium quo nostra sta/ prestantior sim nobilis.
illa ne, quae posteri a parentibus nanciscuntur, an potius illa
quam Virtutes pariunt et bene si rem hanc aequa lance pen
pensas erit sane maioris qui virtutum proli pcipant
tribuat, cuius rei illud efficacis.m argumentum esse
quod etiam natalitia nobilitas virtute aliquo suam parens
recognoscit, Ast.tenius quod Junius ut elegante stil.
est. In exortatione ad asses Socrat.s Cristo attollerat
et Amicorum gestiora Jactare si interim ab illorum
iolbris gestis degenerat, et quod prodit fumosis sta
bus Imaginibus. Vnde patrium ornatus hereditarum
superbe fumo illorum gloria obscurare ut mereretur
nobilis cognomentum Quicunque a parentum plebeis a
stirpe degenerando dumtaxat venerit nec via laureolam
pro recepisse oriuntur ut omnis Vera est nobilis
patres Amplis.mi ut natalitia esse iam illam quam pro
Virtutes labores et quam ornatis.m doctores Innuere con
sta/. hanc ipse nobilis.e comparentes in hunc Vel
frequentis.m collegium me Studiosa. Vobis gratias

in

que soleris benig.te lauream meis humeris ponere desidera
mihi reporta coronetis quod ut feliciori domi tue coningar
ingenuorum primus viuiros et desspore pusilio aggredior ad
explicat. re. rationum quod mihi extremum de in propriis apprehensis
et p. explicando rerum physicis cum ~~[illegible]~~ quibus 92s
p. lib. physic. Cuius verba sunt hec.

Quod p. contraria omnes quodamodo faciunt principia manifestum est
... hoc rationabiliter ex aliquaque sequitur.

In philosophia in superioribus rerum, sub servis calce iacet pedes meus rerum
mihi p. prestigijs vestris pro puero physic. rerum ... vester toga
authorum tecte, et a potiori temporis factione et omnibus philosophie professoribus
contraria communi principia, in preteriti quod ipsum tenebat inter ea principia
contrarietate recipiantur et simul in ... divisi ... rat. re. possignat
ex hoc parte pedes meus in superioribus continuat. dicuntur ...
rerum. duas in partes in p.a exponit philosophus accepisse in axioma
isto quod principia sunt illa que neque ex aliis neque ex alterutris sed
ex ipsis omnia fiunt, secundo. docet huiusmodi principia esse etiam
solis p.a contrarijs conueniunt. Vnde concludit in tertia quod contraria de
bent esse principia, quas geminas diuisionis partes meum magis est totae
vt plano methodo diluendum singulas duas partium ponderatione tota
summam vt. vnsum mei textus parergona ... .

Quod p. spectat ad ponderationem primae partis diuisionis optime inquit philosophus
tres rationes requiri ad rationem principij p.a est vt non fiat ex alterutris
2.o alter non fiat ex alijs 3.o demum vt ex ipsis omnia fiant.

P.ª editio patet, ut nec materia transmutetur. In forma nec forma
in materiam nec privatio ut in materia sit in forma quae
3.m editio re differentia quippe ab elementis [illegible]
elementa cum principiis [illegible] in ambobus [illegible]
differentia [illegible] elementa [illegible] principia [illegible]
2.ª editio etiam patet, quidem si principia ex aliis principiis fierent
hoc ipso principia non essent [illegible] aliud principium ex quo
fierent. 3.ª demum editio [illegible] [illegible] ex ipsis
[illegible] opinio in omnia [illegible] quae fiunt ex principiis
et aliis quidem in [illegible] et [illegible] materia ex forma aliis
[illegible] privatione in hac [illegible]
parti [illegible]. [illegible] ad 2.m partem [illegible] opinio est
[illegible] fieri ex aliis [illegible] ex elementis [illegible]
[illegible] principia [illegible] primis contrariis [illegible]
[illegible] contrariis [illegible] primitas [illegible]
[illegible] primitatem non possunt fieri ex aliis principiis [illegible]
non [illegible] esse [illegible] aliud principium
ex quo fierent [illegible] contrarietate non possunt fieri ex
alterutris [illegible] ex alio non [illegible] expli-
catis [illegible] philosophi [illegible]
principia contraria [illegible] [illegible] explicatio [illegible]
[illegible]

78 n 23

TRIPVS DELPHICVS

In quo

CEV IN LEBETE APOLLINEO

Medica quædam Philosophico igne coquuntur.


AVCTORIBVS

IOSEPHO BVA,

SEBASTIANO PETRAFITTA,

ET STEPHANO BALDO.


Philosophiæ, & Medicinæ Doctoribus Messanensibus.







NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorigij. MDCXXXV.



Illustrissimis Senatoribus

D. BARTOLOMAEO PAPARDO.
D. ANDREAE STAITI.
D. PLACIDO PORCO.
SEBASTIANO MARINO.
PLACIDO IONA.
SIMEONI FOTI.



Eluti è Tripode Delphico vaticinaturi accedimus. (Illustrissime Senatus) & vt quid sit Tripus hic cunctis innotescat, sic præfabimur. In tertio Europæ sinu apud Locros liberum Oppidum Delphorum sub Monte Parnasso clarissimũ in terris Oraculo Apollinis, antiquo erat tempore, Plinio referente suæ hist. lib. 4. c. 3. Hunc Montem Apollini sacrũ, & terrarum vmbilicum, nempè medium prorsùs Strabo, Plutarchus, Pausanias, Sophocles, & Manilius vetus Poeta, scripsere. Erat autem apud Delphos insigne Templum Apollini sacrum, cui Sacerdotes Hippocratis amici (vt Tessalus Hippocratis filius retulit in oratione ad aram) ministrabant, & Pythonissæ vaticinabantur ex Tripode, qui, duplex Delphi liberi. à Pythone serpente.

erat, nimirùm alter ſuggeſtus triplici graduum ordine diuiſus, in quem Vates conſcendebat reſponſa editura, ſedens ſuper ſellam tripodem. Alter Tripus erat Crater, ſeu poculum aureum à Vulcano fabrefactum (vt ſcripſit Sypontinus) ac pro munere datum Pelopi dum vxorem duceret, eum demũ ad Menelaum perueniſſe raptumque cum Helena ab Alexandro, in Coum Mare à Lacæna fuiſſe iactatum, quod rixarum cauſam eſſe diceret. Interiecto deindè tempore, cum Ionici quidam Adoleſcentes iactum retis à piſcatoribus Mileſijs emiſſent, hunc Tripodem eductum fuiſſe, ac propterea ortum inter eos certamen, quod piſcatores piſcium, non auri capturam pactos ſe eſſe dicerent, Iuuenes verò quicquid captum foret ſuum eſſe contenderent. Nec ante ſe datam litem, quàm Mileſij Delphos miſere, vbi reſponſo ab Apolline accepto illiùs eſſe Tripodem debere, qui ſapientia, omnes excelleret, mox Thaleti datum Tripodem fuiſſe: hunc Chiiloni, tanquam Sapientiori miſiſſe, Chilonem alteri: illum alteri rurſus, donec ad Solonem ventum eſt. Hunc quod Deum omneis ſapientia excellere exiſtimaret, Tripodem Delphos miſiſſe. Ex quo poſtea pulueribus pleno perflans ſpiritus mulieribus, quat à Phœbo Phœbadas nominabant, Oracula præbebat. Talis fuit ille, qui iam euanuit Tripus. Talis nunc quoque

Tripus duplex.

Tripus aureus.

Lis de Tripode.

Sapientiori cõuenit Tripus.

Meſſanenſium Tripus.

que extat in nostra Meßana ceù alterum Delphorum, & Oppidum, & Templum, si omnia conferre libuerit. Erat enim Delphis Oppidum liberum, est nunc nostra Ciuitas libera, & à Senatu recta, antiquis Priuilegijs ab Inuictissimo Catholico Rege confirmatis. Erat Delphis oppidum in tertio Europæ sinu, est nostra Messana in Trinacria, eiusdem tertium, & primum promontorium, totiusque Regni capax. Erat illud sub suo Monte Parnasso. Est nunc Messana sub alio Parnasso. Nam quod est Parnassus nisi locus Apollinis, & Musarum, medium Mundi? Profectò portus mirabilis Messanensis forma, atq; inter duo Maria situs, ad quem Naues (veluti lineæ ad centrum) ab Oriente, ab Occidente, à Meridie, atque à Septentrione tendũt, nonnè medium, & Cor terrarum, Messanam esse demonstrat? At vbi modo habitant Apollo, & Musæ, nisi Meßanæ? Præclarum siquidem habet constructum Gymnasium Apollinis, Musarumque habitaculum: nimirùm lectoribus eximijs Roma, Patauio, Neapoli, Salerno, conuocatis, maxima Senatus illustrissimi liberalitate ornatum, Equites Illustrissimi Stellæ colunt etiam suas Musas ædibus publicis, in quibus Nobiles corpus exercent armis, & alijs virtutibus. Adsunt, & illustres Academiæ de humanioribus litteris, vbi Poesis mirificè colitur.

Parnassus.

Messana in medio Orbis.

Messanenses Musæ.

Arma.

Pueris.

Musi-

Musica. *Musica amplissimas habet partes, tum in Ecclesijs, tum in Portu tempore astiuo ad aures, animosque recreandos Ciuium illàc transeuntium. Vbinam, quæso, Ciuium maior nobilitas, atque vrbanitas spectatur? addam, si in Delphis erat amenissimus, dulcissimusq; fons Castalius, Meßanensem aquam bonitate minimè ei cedere; imo superat (aio) Vino Regio Regionem. Si Parnassus erat veluti Viridarium, in quo Delphica Laurus colebatur, speramus benignitate vestra (Senatores Illustrissimi) breui futurum, vt Horto Simplicium constructo Messana omnes alias Academias longè sit superatura. Si Templum erat apud Delphos à Sacerdotibus cultum, est Messanæ Diuinus Senatus Deiparam Virginem colens, quæ Sol verus est, vt fictus erat Phœbus. Virgines ibi oracula carmine reddebant, fuitque inibi Delphica Sybilla. Virgo immaculata Messanæ soli Vrbium litteras misit, sequè protectricem æternam spopondit, hancque Sybillæ omnes prædixerunt Dei genitricem. Nec deest Meßanæ duplex Tripus, nonnè Senatus ex duplici constituitur Tripode? cum primum duo nobiles, & vnus Ciuis efficiant, alter verò ex alijs duobus nobilibus, & altero Ciue adimpleatur. O Delphicus, Apollineus, Diuinusuè Senatus nunquàm casurus, vtpotè qui duplici firmetur Tripode. Et Maiestas*

Fontes. Hortus. Templum B. Virginis litteræ. Senatus.

qui-

quidem, ac Dignitas vestra (Senatores Illustrissimi) nonnè Delphicas superant? Enimuerò si illis præerat Apollo. præest vobis Catholicus, & Vniuersalis Rex, & Monarcha. Si insularis Rex, & Deus vocabatur Phœbus (ex Plutarcho de solertia Animal.) noster Rex, & Apollo non insularum modo dominus est; sed quatuor Orbis-partium quique iure meritò obtinuit imperium. Sed quia Tripus aureus scientiam (ex citato Plutarcho) misticè demonstrabat, qui ex Delphico Oraculo sapientiori conuenit. Vester Senatus sapientissimè vti alter Delphicus Apollo ad lites Ciuium dirimendas iudicauit; Tripodem in quo Aesculapij artem, imò Apollinis inuentum vaticinari debebat Sapiens aliquis, & Hippocraticus Sacerdos, non Asclepiadi, nō Rhetori, sed Philosopho Romano conuenire, qui Tripode aureo firmatam scientiam, nimirum Theorica, Anatome, & Botanica, nos exactè, quodcunque ad Medicum perfectum scire spectat, docere valeat. Tripodem aliū (nè ab incepto recedamus) & quidem duplicem constituimus nos quoq; in præsenti: scilicet duo Aduersarij patentes, alter absconditus vnum constituunt ternarium, seù Tripodem, cui ex aduerso stat ex nobis alter conflatus Tripus. Verum quia Phœbus erat certaminum studiosus, & certantium adiutor; vndè (ex Plutarco. 8. sympos. quæst. 4.)

Regis tutela.

Typus aureus pro cathedra.

Sapientissimum iudicium.

Tripus Medicus.

Tripus Hostilis.

Tripus Studentium.

Apol-

Apollini pugili Delphi sacrificabant, & ei spolia, manubria, ac Trophæa dedicabant. Nos modo hoc litterarium certamen, qui Tripus aureus est, & veluti nostrum Trophæum, vobis (Senatores Illustrissimi) damus, donamus, & dicamus, quia nostri Apollines, & Mæcenates fuistis, & eritis, certaminisque contra malignos exacti, & superati adiutores: vestra siquidem benignitate, & prudentia Excellentissimum D. Petrum Castellum Romanum nobis præceptorem constituistis, & defendistis contra pestilentem Zoili linguam, Momumque delusistis, pro qua re infinitas in æternum vobis habebimus gratias, habebitque omnis Medicorum Chorus, ne dicamus Medica Congregatio. Valete fœlicissimi. Ex vestra nobilissima Messana X. Kalen. Augusti Anno Incarnationis. 1635.

Hæc disputatio Tripus est.

Victoria cōtra Zoilum reprobatur.

Vestrarum Illustrissimarum DD.

Obsequentissimi, & deuinctiss. Clientes

D. Ioseph Bua Messanensis.
D. Sebastianus Petrafitta Messanensis.
D. Stephanus Baldus Messanensis.

Perilluſtri, & Excellentiſs. Domino

D. PETRO CASTELLO ROMANO,

In Patrio Gymnaſio olim Philoſophiæ, deinde Medicinæ Profeſſori, atque Simplicium Doctori.

Nunc in Nobiliſsima Meſſanenſium Academia Theoricam docenti.

Ioſeph Bua, Sebaſtianus Petrafitta, & Stephanus Baldus. S. D.



I quas debemus (eruditiſsime, & humaniſsime Lector, & Præceptor noſter) tibi referre vellemus gratias, quas vnquàm poſſemus? quia tamen quod Cæſaris eſt, ex diuino ore, Cæſari debetur, hæ noſtræ lucubrationes tuæ erunt. Tu ſiquidem nos ſtudendi, ac ſcribendi Methodos docuiſti, obſcuris prius elucidatis auctorum ſententijs, omnibus in Medicina difficultatibus ſolutis, omniſque generis doctrinarum nobis imbutis, tanta copia, tanta benignitate, tanta claritate, vt non ſimpliciter nos, Doctores; ſed (abſit iactantia) Gratiarũ actio.

verè doctos effeceris. *Cum autem accingendis Medicinæ candidatis alia, alia verò Doctoratus laurea insignitis conueniant, Tu nos suscepta laurea, non modò consultandi Methodum accuratè docuisti, & in hac, vt ab amethodis, & triuialibus distinguere-mur Medicis, nos exerceri voluisti, Sed etiam, cum de doctrinis scientias scribendi ageres, Galeni Artē Medicinalem explicans, nobis quoque consuluisti, vt versari in doctrinas scribendi exercitatione conare-mur: tuos siquidem discipulos tibi fieri similes, te exoptare dicere soles, perfectiq. Medici munus esse de omnibus Medicinæ partibus tum ore, tum calamo agere posse. Non quidem Asclepiadis more, qui ex Rethore Medicus factus magnam ex ornata loquu-tione sibi assumpsit dignitatē; sed Hippocratis. Nem-pè C. Celsus initio suorum librorum*, Morbos non eloquentia, sed remedijs curari, *posteritati scri-ptum reliquit*, quæ si quis elinguis, vsu discreta bene norit, hunc aliquanto maiorem Medi-cum futurum, quàm si sine vsu linguam suam excoluerit: & *Rethori quidem de Medicina lo-quenti illud profectò Apellis conueniret*, Sutor non vltrà crepidam; *aliàs omnia subuertuntur, emer-git Chaos, peritque ea, quæ legitima est Ars Medi-ca, insurgit autem spuria, & notha. Porrò* Ascle-piades, *vt refert Plinius lib. 26. c.* 3. Aetate Ma-gni

Castelli optima Consilia.

Asclepiades Rethor factus Medicus.

Irridentur Medici Oratores.

gnī Pompeij orandi magiſter, nec ſatis in arte ea quæſtuoſus, vt ad alia ſagacis ingenij, huic repente ſe conuertit; atq; vt neceſſe erat homini, qui nec id egiſſet, nec remedia noſſet, oculis vſuq; percipienda) torrenti, ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicauit. *Ecce Aſclepiades Rethoricæ limites egreſſus, atque in agrum Medicum ingreſſus præ imperitia, & loquacitate omnia auertit. vndè non mirum, ſi Ventriculi opera, atque chylificationem ignorans opinatus fuit (referente* Celſo *loc.cit.*) nihil in ventriculo coqui, ſed crudas materias diſtribui. *Si ergo Medicinæ quondam peritis fuit ars Oratoria damno, quid ſperandum modo (ò nobiliſsima Meſſana dilecta mater) de Medicis ijs, qui totos adeò orandi facultati ſe dedere, vt per hanc optimi Medici haberi velint, nec niſi Oratorem optimum eſse optimum Medicum, optimum Lectorem, contra Galenum, qui optimum Medicum maluit eſse optimū Philoſophum prædicant? O ſutor, ſutor, quæſo nè vltra tuam artem:* quam quiſq; nouit in hac ſe exerceat, *ſummus dicebat Orator. Certè Hippocrates, Galenus, Auicenna, & ex noſtris Capiuaceus, Mercurialis, Mercatus, Baccius, Cęſalpinus, & ſimiles, non quod ſummi fuerint Oratores, ſed quia optimi Philoſophi, ac Medici, perfectā, abſolutamq;*

Optimi Medici nō fuere Oratores; ſed Philoſophi.

Medicā tradiderunt artem. An nè transfugam potiùs Asclepiadem oratoria inflatum, quàm physicū Medicum (vt tu) qui omnes Medicinæ partes docere nos queat, sequi debemus? Galenus quidem præterquam quod optimum Medicum libro dicato, optimum Philosophum esse debere probauit (vt tu quoq; in prima lectione, quam in hoc almo Gymnasio habuisti, clarè demonstrasti) ostendit etiā eundem optimum Anatomicum esse eligendum: ex eiusdem etiā Galeni de simplicium medicamentorum libris, de eorundem medicamentorum compositione, & vsu, huiusmodi scientias optimo Medico esse necessarias didicimus. addenda modo est Chymica Ars, quam & si non nōuit Galenus, non debent propterea ignorare Moderni. Quamobrem exclamare licet Medicum non Philosophum, Medicum Anatomes ignarū Medicum Astronomiæ imperitum, necnon Medicū, quem latet simplicium, pharmaceuticæ, chyrurgiæ, & Chimiæ cognitio, tot, tantarumq; rerum ignarum, nec bonum, nec integrum, nec legitimum esse Medicum: sed nominè tantum Medicum, re deceptorem, & humani generis abhorrendā pestem. Quid.n. iste pseudomedicus à non Medico differet? Quid differet à Mulomedico, vel Medico Muli? O nos igitur terq; quaterque felices qui optimum nacti Præceptorem integrā Aesculapij artem pauco labore adipisci

Medicus debet esse vniuersalis

pisci

pisci possumus, immò ad amplectendam à benigno compellimur Doctore. Sed quantas debemus Illustrissimis nostris Senatoribus gratias? qui optimis Præceptoribus (deletis vicarijs) Messanensem Academiam ditarunt: imò a Romana, & Patauina Academia (ò mirabilis diligentia) transtulerunt. Sed qui esse poterãt nisi Senatores Illustrissimi, quales Domini D. Marcellus Cirino, Eques S. Iacobi, & B. S. Basilij, D. Ioseph Portio, D. Ioannes de Auena, Thomas Isuaglia, D. Palmerius de Ioanne B. Solatij, Petrus Pellegrinus Patriæ amantissimi, studiosorum Mæcenates, & litterarum protectores?

Gratiæ agendæ Illustriss. Senatoribus Messanensibus.

Senatores Messanenses anni 1534.

Sed ad rem nostram: Iussisti (Excellentiss. Doctor) nos exerceri in Auctorum lectionibus, & inter alia considerare scribendi ordinẽ, quo ipsi vtuntur, an sit Resolutiuus, Compositiuus, vel Definitiuus; postea perpendere; an perfectus sit Ordo, & diuisiones integræ. mox omnibus circà vniuersalem libri ordinem consideratis. ad particularia descendere, & capitum, quæstionumq; ordinem internum inuestigare. Denique rationes omnes, quãti sint ponderis librare. In istis perpendendis, iussisti præterea Galeno obediendum esse, asserenti 4. in 6. Ep d. 6. primo de nat. fac. c. 3. Tertio de loc. aff. 2. & alibi, nec Hippocrati, nec sibimetipsi fidem esse præstandam, non demonstrata priùs optimis rationibus, prolata sententia.

Occasio scribendi.

Quare

Quarè nos discendi cupidi, hoc ducti consilio (optime Præceptor) exercitationis gratia aliquantulum studij impendimus in scribendo, ac meditando quorundam scripta, nolentes ijs assimilari, qui legendi, scribendi, labores veriti, discendi non cupidi, & ignauia quadam affecti, tota die vrbem circuire, vel curru fœminarũ ritu, vehi; quã in tuo præclarissimo Musæo omnis generis librorũ copiosè adeò instructo, vt alia ei nequeat Mamertina cõparari Medica Bibliotheca, studẽdo oblectari, & varijs doctrinis saturari.

In Discipulos negligentes.

Vtinã vagantes, linguã, & aures philosophicè exercerent. ò vtinã Momus, ac Thurinus desiderarẽtur. sed esto exerceat se lingua satiricè. quid indè? nisi liuor, & rabies, quæ interna erodit. sciant ergo isti nostrum eruditissimũ Præceptorem μωμήσαι τό τις μᾶλλον ἢ μιμήξαιτο. *quem quã posse, sed nũquã euadent optimi Medici, (quales nos assiduè studendo fore speramus) exercitationis igitur gratia libellũ aliquem breuem, leuem, & parui ponderis examinare voluimus, non magnũ aliquod opus, nec magni Auctoris; non enim adeò audaces sumus, non. n. Leones; sed tirunculi Canes, qui modo ad venandũ ab optimo erudimur venatore, qui solus tot feras trucidauit, tot Monstra debellauit, vt Hercules Romanus iurè meritò dici mereatur. non tamen adeò timidi sumus, vt Vulpem metuamus, immo hoc erat in Corde Vulpẽ aggredi,*

In Discipulos Momos.

Castellum non posse a quoquã imitari.

at

at hæc sibi metuẽs, aufugit, seq; abscõdidit. Multa.n. nouit Vulpes. *cum tamen priùs se ferocem Leonẽ ostentasset. At nos à Vulpe delusi, nè otiosi omninò essemus, quã inuenimus aggreßi sumus feram. Itaq; cũ obuiam venerit Hinnulus statim à matris vtero exclusus, in ipsius speluncæ maternæ foribus, (licet non ex animo) dilaniauimus; pellis forma relicta nõ est: ossa contusa: informe* Monstrum *reddeta illa est. Dum vero Ouantes regrediebamur, nec Vulpes comparuisset. ecce Leonina pellis obuiam venit. nos autem maiestatem veriti, atque timentes, fugæ nos accingebamus, ac quilibet se cælare satagebat. sed proh pudor! res miranda!*

Ex Atheneo.

Irridentur Momi nihil scribentes:

Ecce rudens rauco Sileni vector Asellus:
Intempestiuos, edidit ore sonos.

Ouid. 1. fast.

Siccinè nos delusisti Onager diximus? at ille, vt se conspectum vidit, lepore timidior, (licet Vulpe callidior) metu exanguis, pellem conscidit, aufugit., seque occultauit, nec audet in lucem prodirè. risimus tunc, exclamauimusque, ò Miles *gloriosus, ò vociferator strenuus, ò Rethor ferialis, quid nisi noxiarum vocum fertilis, ad alia verò sterilis, vt* Mulus *est? sed ò fortuna! aufugit præda quam summa cupiditate expetebamus;* inciderat in Larum hiantem. *Sed si vnquam ausus erit in lucem prodire, nostras experietur vires. Interim (cum non posimus*

Momus retrogradus.

mus expetitam feram tibi offerre,) quam lacerauimus, tibi attulimus, & spectandam proponimus, vt nostrę venati:nis,atq; exercitij fructu aliquantùm fruaris, cuius tu semina iecisti impertita doctrina. Has ergo nostrarum exercitationum primitias omnes emendandas subijcimus. Multa quidem non benè notata, non visa, non considerata in tanto errorum Chaos te reperturum scimus: sed nostrum Tirociniũ excusato,nã in posterum dabimus maiora. Hæc considerent iuuenes laborum osores,& ignauiæ, satiriasiq; dediti,sciantq; se non posse esse discipulos tuos, cum tales despicias, & oppositos diligas, adiuues, & ad continua studia omnes horteris. Tu autem Vale (dilectißime lector noster) vt huic Nobilißimæ Ciuitati,quæ te vnicè diligit, opem ferre queas, nos plurimis exornare scientijs, & inuidorum,maledicorumque linguas pestilentes conterere. Iterum Vale.

Offertur prędą prœceptori.

TRIPVS DELPHICVS.

Ioseph Bua, Sebastianus Petrafitta, & Stephanus Baldus.

BVa. Peropportunè accessistis dilectissimi condiscipuli, vos omninò volebá in hoc otio, nobis ob istum calorem concesso, dum enim eruditissimus noster Lector Castellus aliquid de Aere Messanensi, nec non de Aquis Messanensibus, multaque de simplicibus, quæ admodùm rara copiosè producit nostra Messanensis Regio, scribere meditatur, æquum est, vt nos quoque aliquid meditemur sequẽdo, & imitãdo Præceptorem nostrum, qui toties ad studendum nos hortatus est, studendiq; rationem docuit. Eia ergo aliquid agamus. *Petraf.* Ecce sum promptus. *Bald.* Ego quoque ad opus me accingo: sed quid agendum? volumusnè aliquẽ Hippocratis, vel Galeni librum examinare? *Pet.* absit: vltrà nostras vires est; ad Veteranos hoc spectat. *Bua.* optimè dixit: aggrediamur libellum cuiusdam Moderni. *Bald.* hoc non mihi videtur agendum. quid.n.emolumenti

Occupationes Castelli.

Occasio scribendi.

hauremus ex inepto scripto? *Pet.* multùm, dicebat enim (si meministis) lector noster Castellus ex ineptis quoque libris plurimùm adiuuari discipulos; sed hos alio ordine esse considerandos. Nempe magni viri opus, vt discamus, interpretandum est, quæque vtilia ibi sunt, nostra fiant: Modernorum opera (& præcipuè Apologiæ, quæ non sunt compositæ ad erudiendos lectores; sed ad conuellendos aduersarios, perpendendę sunt, vt eorum notemus errata; multùm enim adiumenti comparatur ex alienorum erratorum cognitione. Nam, qui errata ignorat, errata vitare nequit.

Apologiæ confidesandæ.

Bal. expectatur Apologia Apologiarum, maxima, elegans, ornata, Cicero ipse loquitur! ad hanc edendã, atque consarcinandã, Pedagogorum habitæ sunt comitiæ: sed de Medicina *Asinus ad Lyram.* *Pet.* equidẽ exoptabã, sed tardigrada est ob suam grauitatẽ. *Bald.* meliùs dixisses retrogradam, quia à Typographia iterũ ad incudem, vel potiùs ad sempiternum carcerem est translata. Interim ne interlangueamus, aggrediamur Apologiam nuper editam, quæ casu meas incidit heri inter manus: hanc mihi in animo est resoluere, vsque ad elementa prima, & experiri, an detur illa resolutio

Irridetur Apologia futura Ciceroniana.

vſque ad materiam primam. *Pet.* ecce me paratum. *Bua.* hoc mihi quoque ſummè arridet, præſtolemur: nam in Apologijs multa ſophiſtica ſolent eſſe argumenta, & apparentes rationes ad configendum aduerſarium. Ergo Puer affer libellum, quem heri emi: certè in eo nos exerceri poterimus. *Puer.* ecce libellum. *Bua.* quomodo hunc conſpurcaſti? *Puer.* notaui errata. *Pet.* quæ errata? *Puer.* ea, quæ noui in Grāmatica, & Ortographia. *Bal.* eſtnè ferula dignus? *Puer.* eſt profectò, nam magiſter meus, ſi ita ſcripſiſſem, me verberaſſet ad necē. *Bua.* profer quæ notaſti. *Puer.* in primis, qui ſcripſit, punctandi rationem ignorat. mirùm eſt, nullum coma, nullum punctum ſuo loco eſſe diſpoſitum! parenteſis exulat, puncta interrogátiua, & admiratiua vbi ſunt? ex quo fit, vt legendo hæreat lector, nec niſi difficillimè eius aſſequetur ſenſum: noſter autem pędagogus ferula punctos manibus impingit. *Bal.* ſunt Typographi errata. *Pet.* ímo Auctoris. nam quando Auctor præſens eſt, & ipſe corrigit, quæ imprimuntur, correctoris non Typographi errata ſunt, & huiuſmodi ſunt leges in Typographijs. *Bua.* ergo vapulet iſte à te, ò puer, qui errata notaſti, vt à te diſcat re-

Errata Ortographiæ.

ctè ſcribere. *Puer.* cum nullum coma, nullus punctus nihil ſit ſuo loco diſpoſitum, &. proindè infinita errata com miſerit ero verberando defeſſus. *Bua.* Tanta ne notaſti? *Puer.* multa quidem, ac primum, iſte liber vocatur Apologia; ſed debet vocari liber, quia liber à regulis Grãmaticæ; enimuero, nulla eſt linea, quæ vnum ſaltem non habeat *quod*. mirũ etiã eſt, quantùm illi ſit frequẽs illud. *Fit.* vt ex pag. 17. lin. 15. patet. *Bal.* iſta eſt quidem barbara loquutio. ſed hoc factũ eſt, vt infinita vitarẽtur errata, paruus. n. liber finitus eſt, infinitum odit. *Puer.* vultis, voces barbaras me proferre? fere nulla Ciceronem ſapit. vndè non poſſum niſi vno barbariſmo totum librum notare ab initio ad finem. litteræ commutarunt locum, vt pag. 5. lin. 17. *inutanda.* pag. 8. lin. 8. *adſarius.* prò àduerſarius. p. 9. lin. 1. *tenquam.* pro tanquã. pag. 15. l. 2. *ſulummodo.* pag. 17. l. 9. *cum ſcipiatur.* quid eſt hoc? p. 19. l. antepenultima. *ex* pro; & pag. 21. l. 18. *peberet.* p. 26. l. 16. *riſpectu*, & huiuſmodi alia. *Bal.* hæc non ſunt conſideratu digna, quia Typographi errata. *Puer.* cur ipſe inter errata non propalauit? vultis, à me alia proferri? *Pet.* afferto. *Puer.* Primum notaui verbum. *Decennium iam abeſt.* eſtnè homo Decennium?

nium? quia *abest* refertur ad locum, non ad tempus, deinde linea 14. *ab oculos ponos*. ab cum accusatiuo! ferula, ferula, dixit Cicero in oculis, & ante oculos. pag. 6. in fine ait. *tua doctrina, eius obiècta firma, obiecta*, obscura nimis trãspositio est. p. 7. l. 6. *sectatoris* verum significatũ ignorauit. Doctissimo Sãctorello nõ põt conuenire illud nomen, quia non sequitur alium; sed doctissimus Magister est, sectatoresque habet ipse. at iste, qui meus potest esse condiscipulus, verè sectator est, quia vt discipulus suum Magistrum assectatur, legat Calepinum. pag. 9. l. 20. citans Mercatum Tautologia peccat, dicens, *asserit, hac sunt ipsius verba*, ita etiam pag. 15. l. 16. eandem repetit Tautolo grãmatica. & pag. 14. l. 15. *tres assignatur* pro assignantur. p. 15. l. 13. *masticatione*. & p. 13. l. 8. dixerat, *ore masticata*. verba macaronica. p. 15. l. 23. modo scribit, *quod est*, modo autem *quod sit*. p. 13. l. 3. *fieri elixatio*. pro elixationem. est prætereà coniunctiui adeò inimicus, vt scribat. pag. 17. l. 15. *ita vt. non eget*. sic etiam p. 28. l. 15. cap. 32. l. 6. & p. 9. l. 4. & p. 36. l. 3. & l. 8. imo l. 8. p. 9. *cum procedit*. pro procedat. & p. 10. l. 5. *cum attenuat*, pro attenuet: nam hoc loco *cum* non sumitur pro quando, & p. 27. l. 20. *Ecce quomodo, nullo*

Errata in Grammatica.

nullo modo.& p.37.l.12.*quę excernentur operationibus*.quid est excernere? & p.19.l.penult.*asserit Lasyritas las: onies,&c.* accusatiuo,& infinito, vti deberet. pag. 24. lin. vltima.*sibi videtur*. pro ei: nesciens reciproca,& pag.38.vltima.l.13.*illi,quæ debebam*,pro cui, vel quod,vel illis,quæ,& l.15.*mihi attribuisti*,pro inscripsisti. non enim dixit,ipsum illam epistolā scripsisse; nisi fortè intelligat hanc Apologiam sibi attributam fuisse à Cortesio, tanquam ab ipso compositam,nec tacere possum pag.26.lin.2. scripsisse. *diuidere in quadruplici genere*, & alia multa notari possunt. *Bua.* Tace, hæc puerilia sunt.*Puer.* quid vultis me notasse? Metaphysica, Mathematica? Grammaticæ studeo. *Pet.* abi puer,nos maiora scrutemur. *Bal.* legamus Epistolam. hæc nunc orta est hoc auno 1635. Aduersarij verò.1633. *Pet.* verè Elephas est, vtero gestauit per biennium, vt Elephantes ex Aristotele 1.de Histor.Animalium c.14. hæc autem nostra lucubratio erit Musca triduo nata: sed mirum, à muscis deuorari Elephantē! ride,ride,toto pectore rideamus.Sed Clypeus adest, caput est armatum! *Bua.* percutiamus crura. *Bal.* audaces fortuna iuuat, incipiamus à capite, quæ est prima quæstio? *Bua.* ante

Partus Elephantis.

quæ-

quæſtionum examen conſideremus, quo ordine, & qua methodo vſus ſit ſcriptor. *Pet.* equidem nullam percipio Methodum vniuerſalem, nec definitiuam, nec reſolutiuam, nec compoſitiuam. ſed quinque Quæſtiones vniformiter difformes, & inter ſe diſtinctas, nullumque omninò ordinem. *Bua.* neque in ipſis quæſtiunculis ordo aliquis ſpectatur; ſed paucula ſolummodo argumenta, ſine Logica arte confarcinata, quo conſtat Auctorem non valdè Dialecticæ operam dediſſe, nec Galenum de tribus doctrinis differentem legiſſe. *Bal.* Ergo tempus teremus? *Pet.* errata colligamus, vt ſaltem vitare poſsimus. *Bua,* corrigamus; vt Veritatem inueſtigemus.


Alluditur ad verba opponẽtis.

Liber ſine methodo.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum Chylificatio fiat deductis ad minima alimentis.



Al. Duplex eſt ſcribentium opinio, affirmatiua altera; altera negatiua. Affirmatiuam quidem ſententiam, alimenta nimirum in chylificatione deduci debere ad minima, vt minimum vnius tangat minimum alterius, protulit Illuſtrisſimus Ioan. Baptiſta Corteſius Bononienſis, Comes Palatinus, in Patrio olim Gymnaſio Medicinæ, & Anatomes Profeſſor, nunc in Meſſanenſi Academia Praxim ordinariam, à prima Sede interpretans, noſter Præceptor dilectisſimus, & ſemper colendus Decade 9. Miſcell. Epiſt. 8. pag. 723. hanc probat modo Apologeticus ſectator adducta ex Ariſt. 4. Met. Natura coctionis. *Pet.* quæ forma eſt argumenti? *Bal.* Barbara. ſed non in barbara, quia ad ſyllogiſticam formam non reduxit. Parcat nobis clariſsimus Præceptor noſter Corteſius, nam quamquam ſummè amemus, & veneremur, eiuſque do-

Corteſij opinio.

Syllogiſmus Barbarus.

Excuſatio cum Corteſio.

ctri-

ctrinam alibi ſequemur, & tuebimur, cogimur modo aliter ſentire, cum ob veritatem, tum ob quoſdam ſuos diſcipulos, qui ſe magiſtros profitentur eximios, ideoque multo faſtu alios floccifaciunt, & contemnunt, cum tamen ipſi ſint deſpectui habiti, & è Gymnaſio expulſi, dum alios expellere malis artibus procurabant. Nempè id expediebat, vt vnus homo periret, ne gens tota periret. *Bua.* Iure hoc factum cenſuere omnes: ſed nè à propoſito longè abeamus, eia quæſo propone argumentum. Petraſ. Proponam ego.

1 Coctio ait eſt perfectio à naturali calido ex oppoſitis paſſiuis.

2 Sed iſta perfectio inter qualitates paſsiuas acquiritur benefitio caloris naturalis.

3 Ergo calor natiuus dominatur in paſsiuas qualitates.

4 Sed calor procedit attenuando, deindè incraſſando.

5 Ergo, in chylificando, primo tenuat, mox coquendo incraſſat.

6 Sed ſi hoc accidit, debent omnia ad inuicem miſceri, alioquin aliquod coctum, aliquod crudum reperiretur.

7 Ergo chylificatio fit deductis, ad minima

alimentis. *Bal.* quæ eſt iſta coaceruatio? An Sorites informis? *Bua.* meliùs ordinare eius confuſionem nequeo. *Bal.* nulla quidem connexio, igitur nulla illatio. Diſcant proindè quam fructuoſum ſit habere Præceptorem Philoſophum, & logicæ peritum, qualis noſter Caſtellus, qui cum cœpit publice in almo Romano Gymnaſio profiteri, primùm logicam Ariſtotelis docuit, deindè Philoſophiam mox medicinam: ſed quid de adductis propoſitionibus cenſes? *Bua.* continent multa falſa, nihil inferunt, dicit enim primo ſiccitatem, & humiditatem, oppoſitas paſsiuas; At quomodo oppoſitæ, ſi ambo paſsiuæ? Namq; oppoſita ſunt actiuum, & paſsiuum, quæ inuicem agunt: opponuntur autem ſiccitas, & humiditas, vt inuicem agunt, aliàs non ſunt oppoſitæ, ergo ſi oppoſitæ, erunt actiuæ; ſi verò ambo paſsiuæ, non oppoſitæ. legere autem debuiſſet noſtrum Caſtellum dub. 2. Dodecaporij. Chalcanthin. Mala eſt ſecunda propoſitio, quia non declarat qualis ſit perfectio qualitates paſsiuas pati à calore, aut quomodo patiūntur à non directè cōtrario: Calidum enim primò & per ſe opponitur frigido, & in id ipſum directè agit. per accidens autem in humidum

Logica Medico neceſſaria.

dum agit, nec ſicco contrarium eſt. falſo dicit tertio in tertia propoſitione, calorem dominari in paſsiuas qualitates, quia calor per ſe non agit in qualitates non contrarias; ſed in corpus; & in hoc agit, vt in frigidum oppoſitum. In humidum autem agit indirectè, vel ob ſiccitatem calido adiunctam, (vt idem Caſtellus loc. cit. probauit) vel ob aliam proprietatem, hæterogenea diſgregandi: namq; ſeparando humidum à ſicco per accidens ſiccat, ſed debebat perlegere Ariſtotelis verba, qui ſubdit. *hæc autem ſunt propria vniuſcuiuſque materia.* quarè non aduertit oppoſita paſsiua eſſe propriam materiam, ex Ariſtotele, non autem qualitates, nam deindè tex. 16. addit idem Philoſophus. *accidit autem omnibus hoc pati, cum victa fuerit materia, & humiditas.* ergo Ariſtoteles intellexit corpus humidum, non qualitates ſimplices. Oppoſita paſsiua quæ.

In quarta debemus negare coniunctionem etenim verè dixit Ariſt. ſolem calore lutum ſiccare, & incraſſare; ceram verò liquare, quod accidit ratione ſubſtantiæ aptæ id, vel id pati, nec vtrumque eadem materia ferre poteſt. non enim dixit, ceram liquare, poſtea incraſſare, nec lutum liquari priùs. Negamus igi- Examinetur quarta.

tur calorem coquendo attenuare, quod coquit. nam omnis coctio incrassat ex Arist. 4. mete. cap. 3. tex. 17. dicente. *Necesse autem est, quæ concoquuntur crassiora, & calidiora fieri*. & clarè explicat Petrus Castellus lib. 2. de Aquis cap. 12. de aqua decocta, & ratio affertur ab Aristotele ipso textu præcedenti, nimirùm, quia actio calidi concoquentis est in materia humida, & ipsum humidum terminatur. Etenim si calor semper resoluit partes tenuiores, necessariò, quod relinquitur, incrassatur, relinquitur enim, quod magis terreum, & crassum est: nec sciuit sectator iste, quomodo, & quæ tenuet calor, de quibus egit diffusè noster Castellus lib. 1. de suffumigijs cap. 8. sed præter hæc falsa, nihil infert, & vt à quinta incipiam. nego illationem ob malè dispositos terminos, nec concedo, chylificationem esse tenuationem; nam chylificationis essentia est coctio. coctionis verò incrassatio ex Aristotele loc. cit. ergo etiam chylificationis essentia erit incrassatio. est quidem opus caloris tenuatio, sed in aptis tenuari, vt ait P. Castellus in Antidotario in cõmento Triphere minoris. *Bal.* Heus vos. Dictum hoc nostri Præceptoris Cortesij de calore comminuente cibos Mercati auto-

Coctio incrassat.

Examinatur quinta propositio

ctoritati nititur. *Pet.* quid proinde? An dabimus calori in gratiam Mercati dentes ad comminuendum vt ori? debebat potiùs legere Eruditissimi nostri Lectoris Castelli epistolam quintam Decadis primæ, vbi mirabiliter explicat veram coctionis in ventriculo formam. *Bal.* sed quis negat à calore fieri aliquam ciborum tenuationem; si postea concocti per angustissimas vias lactearum venarum ab Asellio repertarum ad iecur ferri debent? *Bua.* negabunt hoc omnes quibus est persuasum, nullos esse in ventriculo dentes ad terendum, & ijdem facile docebunt, quomodo permeet ad epar per venas angustas: fiet enim hoc quia eliquatum est alimentum, & partes crassæ à tenuibus separatæ.

Petraf. Exemisti omnem ex animo scrupulum, sed quæso te: quid sentis de sexta propositione? *Bua.* non aliter ac de cœteris, falsam esse, & nihil inferre; non enim sequitur. Calor primò tenuat, mox incrassat. ergo omnia miscet. aliud enim est mixtio, aliud incrassatio, aliud tenuatio. An sol agens in lutum, postquam attenuauit, incrassauit, permiscet? Et quomodo miscet, si separauit tenuia? Quorsum demum hoc faciet? *Bal.* quia aliquod coctum, Examinatur sexta.

ctum,

ctum, aliquod crudũ remaneret. *Pet.* O bellam sequelam. ergo non omnes partes carnis elixatæ, aut assatæ sunt coctæ? an nè mixtio ipsa coquit? Quod si hæc sufficit, non opus est calore. Quid si Animal solũ panẽ deuorauerit, non nè probe coquetur? Ita certè nam & fabæ in lebethem coniectæ optimè coquuntur, quamquam non misceantur cum alio. *Bua.* an vos latet, quod dicunt aduersarij, misceri hæc cum aqua? *Bal.* ita nè? at qui dicunt ijdem aquam in fundo residere panem in parte superna, quæ non minùs absurda, vt propterea censeam dicendum, non esse necessariam somniatam miscellam ad chilum gignendum. Confirmoque, quia vt ipsemet Cortesius epist. citata docet, alia cibaria sunt facilis, alia difficilis coctionis, quod cognosci non posset, si ad coctionem perficiendam omnia misceri deberent, & simul coqui. *Bua.* satis hæc mi Balde. Quid de illa illatione. Ergo chylificatio fit reductis ad minima alimentis. *Bal.* ignoro quomodo id inferat. *Bua.* estò. chylificatio sit alimenti ad minima reductio. ergo fuit facta mixtio ante chylificationem. falsum. aliud enim est cibus, aliud chylus: dum coquitur, sufficit, vt crassitèr priùs comminutus sit, vt

Examinatur septima

no-

noster Castellus loc. cit. docuit, & dum est concoctus continet quidem Chylum, idest suum succum concoctũ, non tamen totus cibus coctus sub chyli forma apparet. at cũ succus exuccatur, & à sua fæce separatur, tũc chylus dicitur, tenuis apparet, & vnius particulæ chylus, cum alterius miscetur chylo, non autem ante coctionem, & tunc tenuis est, & ad minima mixtus. deceptus est autem sectator, quia aliud est misceri cibos in ventriculo. aliud verò misceri chylum iam concoctum, separatum à particulis cibi cocti, quia tunc quasi homogeneus simul fertur ad Hepar, vbi coctione vlteriori caloris, hæterogeneæ chyli partes separantur. declaro. in ventriculo adest v.g. panis frustulum, carnis alterum, alterum pisi, &c. hæc sunt iuxta posita, & humiditate elixantur potus; nec comminuuntur; sed vt sunt coquuntur. mox à cocto vno quoque succus exprimitur, qui chylus dicetur, & hic non nisi à sua materia extractus cum alio misceri valet. ecce veram sententiam, ecce omnia leuis ponderis reperta: vos autem considerate confirmationem. *Pet.* adducit Auic. fen. prima primi. *Bal.* quo capite. *Bua.* est caput vnicum doct. 2. de elementis. vbi Auic. ignem docet,

Quid sit chylus.

Declaratio

Ad confirmationem.

haurentus ex inepto ſcripto? *Pet.* multùm, dicebat enim (ſi meminiſtis) lector noſter Caſtellus ex ineptis quoque libris plurimùm adiuuari diſcipulos; ſed hos alio ordine eſſe conſiderandos. Nempe magni viri opus, vt diſcamus, interpretandum eſt, quæque vtilia ibi ſunt, noſtra fiant: Modernorum opera (& præcipuè Apologiæ, quæ non ſunt compoſitæ ad erudiendos lectores; ſed ad conuellendos aduerſarios, perpendendę ſunt, vt eorum notemus errata; multùm enim adiumenti comparatur ex alienorum erratorum cognitione. Nam, qui errata ignorat, errata vitare nequit. *Bal.* expectatur Apologia Apologiarum, maxima, elegans, ornata, Cicero ipſe loquitur! ad hanc edendã, atque conſarcinandã, Pedagogorum habitæ ſunt comitiæ; ſed de Medicina *Aſinus ad Lyram. Pet.* equidẽ exoptabã, ſed tardigrada eſt ob ſuam grauitatẽ. *Bald.* meliùs dixiſſes retrogradam, quia à Typographia iterũ ad incudem, vel potiùs ad ſempiternum carcerem eſt translata. Interim ne interlangueamus, aggrediamur Apologiam nuper editam, quæ caſu meas incidit heri inter manus: hanc mihi in animo eſt reſoluere, vſque ad elementa prima, & experiri, an detur illa reſolutio

Apologiæ conſideſandæ.

Irridetur Apologia futura Ciceroniana.

vſque

vsque ad materiam primam. *Pet.* ecce me paratum. *Bua.* hoc mihi quoque summè arridet, præstolemur: nam in Apologijs multa sophistica solent esse argumenta, & apparentes rationes ad configendum aduersarium. Ergo Puer affer libellum, quem heri emi: certè in eo nos exerceri poterimus. *Puer.* ecce libellum. *Bua.* quomodo hunc conspurcasti? *Puer.* notaui errata. *Pet.* quæ errata? *Puer.* ea, quæ noui in Grãmatica, & Ortographia. *Bal.* estnè ferula dignus? *Puer.* est profectò, nam magister meus, si ita scripsissem, me verberasset ad necẽ. *Bua.* profer quæ notasti. *Puer.* in primis, qui scripsit, punctandi rationem ignorat. mirùm est, nullum coma, nullum punctum suo loco esse dispositum! parentesis exulat, puncta interrogátiua, & admiratiua vbi sunt? ex quo fit, vt legendo hæreat lector, nec nisi difficillimè eius assequetur sensum: noster autem pędagogus ferula punctos manibus impingit. *Bal.* sunt Typographi errata. *Pet.* imo Auctoris. nam quando Auctor præsens est, & ipse corrigit, quæ imprimuntur, correctoris non Typographi errata sunt, & huiusmodi sunt leges in Typographijs. *Bua.* ergo vapulet iste à te, ò puer, qui errata notasti, vt à te discat re-

Errata Ortographiæ.

ctè scribere. *Puer.* cum nullum coma, nullus punctus nihil sit suo loco dispositum, & proindè infinita errata com miserit ero verberando defessus. *Bua.* Tanta ne notasti? *Puer.* multa quidem, ac primum, iste liber vocatur Apologia; sed debet vocari liber, quia liber à regulis Grãmaticæ; enimuero, nulla est linea, quæ vnum saltem non habeat *quod*. mirũ etiã est, quantùm illi sit freqũes illud. *Fit.* vt ex pag. 17. lin. 15. patet. *Bal.* ista est quidem barbara loquutio. sed hoc factũ est, vt infinita vitarẽtur errata, paruus. n. liber finitus est, infinitum odit. *Puer.* vultis, voces barbaras me proferre? fere nulla Ciceronem sapit. vndè non possum nisi vno barbarismo totum librum notare ab initio ad finem. litteræ commutarunt locum, vt pag. 5. lin. 17. *inutanda.* pag. 8. lin. 8. *adsarius.* prò aduersarius. p. 9. lin. 1. *tenquam.* pro tanquã. pag. 15. l. 2. *sulummodo.* pag. 17. l. 9. *cum scipiatur.* quid est hoc? p. 19. l. antepenultima. *ex* pro; & pag. 21. l. 18. *peberet.* p. 26. l. 16. *rispectu*, & huiusmodi alia. *Bal.* hæc non sunt consideratu digna, quia Typographi errata. *Puer.* cur ipse inter errata non propalauit? vultis, à me alia proferri? *Pet.* afferto. *Puer.* Primum notaui verbum. *Decennium iam abest.* estnè homo Decennium?

nium? quia *abest* refertur ad locum, non ad tempus, deinde linea 14. *ab oculos ponos*. ab cum accusatiuo! ferula, ferula, dixit Cicero in oculis, & ante oculos. pag. 6. in fine ait. *tua doctrina, eius obiecta firma, obiecta,* obscura nimis trãspositio est. p. 7. l. 6. *sectatoris* verum significatũ ignorauit. Doctissimo Sãctorello nõ põt conuenire illud nomen, quia non sequitur alium; sed doctissimus Magister est, sectatoresque habet ipse. at iste, qui meus potest esse condiscipulus, verè sectator est, quia vt discipulus suum Magistrum assectatur, legat Calepinum. pag. 9. l. 20. citans Mercatum Tautologia peccat, dicens, *asserit, hac sunt ipsius verba,* ita etiam pag. 15. l. 16. eandem repetit Tautolo grãmatica. & pag. 14. l. 15. *tres assignatur* pro assignantur. p. 15. l. 13. *masticatione*. & p. 13. l. 8. dixerat, *ore masticata*. verba macaronica. p. 15. l. 23. modo scribit, *quod est,* modo autem *quod sit*. p. 13. l. 3. *fieri elixatio*. pro elixationem. est prætereà coniunctiui adeò inimicus, vt scribat. pag. 17. l. 15. *ita vt. non eget*. sic etiam p. 28. l. 15. cap. 32. l. 6. & p. 9. l. 4. & p. 36. l. 3. & l. 8. imo l. 8. p. 9. *cum procedit*. pro procedat. & p. 10. l. 5. *cum attenuat*, pro attenuet: nam hoc loco *cum* non sumitur pro quando, & p. 27. l. 20. *Ecce quomodo,*

Errata in Grammatica.

nullo

nullo modo.& p.37.l.12.*quę excernentur operationibus*.quid est excernere? & p.19.l.penult.*asserit Lasyritas las: onies,&c.* accusatiuo,& infinito, vti deberet. pag. 24. lin. vltima.*sibi videtur*. pro ei: nesciens reciproca,& pag.38.vltima.l.13.*illi,quæ debebam*,pro cui,vel quod,vel illis,quæ,& l.15.*mihi attribuisti*,pro inscripsisti. non enim dixit,ipsum illam epistolā scripsisse; nisi fortè intelligat hanc Apologiam sibi attributam fuisse à Cortesio, tanquam ab ipso compositam,nec tacere possum pag.26.lin.2. scripsisse. *diuidere in quadruplici genere*, & alia multa notari possunt. *Bua*. Tace, hæc puerilia sunt.*Puer*. quid vultis me notasse? Metaphysica, Mathematica? Grammaticæ studeo. *Pet.* abi puer,nos maiora scrutemur. *Bal.* legamus Epistolam. hæc nunc orta est hoc auno 1635. Aduersarij verò. 1633. *Pet.* verè Elephas est, vtero gestauit per biennium, vt Elephantes ex

Partus Elephantis. Aristotele 1.de Histor.Animalium c.14. hæc autem nostra lucubratio erit Musca triduo nata: sed mirum, à muscis deuorari Elephantē! ride,ride,toto pectore rideamus.Sed Clypeus adest, caput est armatum! *Bua*. percutiamus crura. *Bal.* audaces fortuna iuuat, incipiamus à capite, quæ est prima quæstio? *Bua*. ante

quæ-

quæstionum examen consideremus, quo ordine, & qua methodo vsus sit scriptor. *Pet.* equidem nullam percipio Methodum vniuersalem, nec definitiuam, nec resolutiuam, nec compositiuam. sed quinque Quæstiones vniformiter difformes, & inter se distinctas, nullumque omninò ordinem. *Bua.* neque in ipsis quæstiunculis ordo aliquis spectatur; sed paucula solummodo argumenta, sine Logica arte confarcinata, quo constat Auctorem non valdè Dialecticæ operam dedisse, nec Galenum de tribus doctrinis differentem legisse. *Bal.* Ergo tempus teremus? *Pet.* errata colligamus, vt saltem vitare possimus. *Bua.* corrigamus; vt Veritatem inuestigemus.

Alluditur ad verba opponẽtis.

Liber sine methodo.

QVAE-

ctrinam alibi sequemur, & tuebimur, cogimur modo aliter sentire, cum ob veritatem, tum ob quosdam suos discipulos, qui se magistros profitentur eximios, ideoque multo fastu alios floccifaciunt, & contemnunt, cum tamen ipsi sint despectui habiti, & è Gymnasio expulsi, dum alios expellere malis artibus procurabant. Nempè id expediebat, vt vnus homo periret, ne gens tota periret. *Bua.* Iure hoc factum censuere omnes: sed nè à proposito longè abeamus, eia quæso propone argumentum. Petraf. Proponam ego.

1 Coctio ait est perfectio à naturali calido ex oppositis passiuis.

2 Sed ista perfectio inter qualitates pasiuas acquiritur benefitio caloris naturalis.

3 Ergo calor natiuus dominatur in pasiuas qualitates.

4 Sed calor procedit attenuando, deindè incrassando.

5 Ergo, in chylificando, primo tenuat, mox coquendo incrassat.

6 Sed si hoc accidit, debent omnia ad inuicem misceri, alioquin aliquod coctum, aliquod crudum reperiretur.

7 Ergo chylificatio fit deductis, ad minima

alimentis. *Bal.* quæ est ista coaceruatio? An Sorites informis? *Bua.* meliùs ordinare eius confusionem nequeo. *Bal.* nulla quidem connexio, igitur nulla illatio. Discant proindè quam fructuosum sit habere Præceptorem Philosophum, & logicæ peritum, qualis noster Castellus, qui cum cœpit publice in almo Romano Gymnasio profiteri, primùm logicam Aristotelis docuit, deindè Philosophiam mox medicinam: sed quid de adductis propositionibus censes? *Bua.* continent multa falsa, nihil inferunt, dicit enim primo siccitatem, & humiditatem, oppositas passiuas; At quomodo oppositæ, si ambo passiuæ? Namq; opposita sunt actiuum, & passiuum, quæ inuicem agunt: opponuntur autem siccitas, & humiditas, vt inuicem agunt, aliàs non sunt oppositæ, ergo si oppositæ, erunt actiuæ; si verò ambo passiuæ, non oppositæ. legere autem debuisset nostrum Castellum dub. 2. Dodecaporij. Chalcanthin. Mala est secunda propositio, quia non declarat qualis sit perfectio qualitates passiuas pati à calore, aut quomodo patiuntur à non directè cõtrario: Calidum enim primò & per se opponitur frigido, & in id ipsum directè agit. per accidens autem in humidum

Logica Medico necessaria.

dum agit, nec ſicco contrarium eſt. falſo dicit tertio in tertia propoſitione, calorem dominari in paſsiuas qualitates, quia calor per ſe non agit in qualitates non contrarias; ſed in corpus; & in hoc agit, vt in frigidum oppoſitum. In humidum autem agit indirectè, vel ob ſiccitatem calido adiunctam, (vt idem Caſtellus loc. cit. probauit) vel ob aliam proprietatem, hæterogenea diſgregandi: namq; ſeparando humidum à ſicco per accidens ſiccat, ſed debebat perlegere Ariſtotelis verba, qui ſubdit. *hæc autem ſunt propria vniuſcuiuſque materia.* quarè non aduertit oppoſita paſsiua eſſe propriam materiam, ex Ariſtotele, non autem qualitates, nam deindè tex. 16. addit idem Philoſophus. *accidit autem omnibus hoc pati, cum victa fuerit materia, & humiditas.* ergo Ariſtoteles intellexit corpus humidum, non qualitates ſimplices. Oppoſita paſſiua quæ.

In quarta debemus negare coniunctionem etenim verè dixit Ariſt. ſolem calore lutum ſiccare, & incraſſare; ceram verò liquare, quod accidit ratione ſubſtantiæ aptæ id, vel id pati, nec vtrumque eadem materia ferre poteſt. non enim dixit, ceram liquare, poſtea incraſſare, nec lutum liquari prius. Negamus igi- Examinetur quarta.

tur calorem coquendo attenuare, quod coquit. nam omnis coctio incrassat ex Arist. 4. mete. cap. 3. tex. 17. dicente. *Necesse autem est, quæ concoquuntur crassiora, & calidiora fieri.* & clarè explicat Petrus Castellus lib. 2. de Aquis cap. 12. de aqua decocta, & ratio affertur ab Aristotele ipso textu præcedenti, nimirùm, quia actio calidi concoquentis est in materia humida, & ipsum humidum terminatur. Etenim si calor semper resoluit partes tenuiores, necessariò, quod relinquitur, incrassatur, relinquitur enim, quod magis terreum, & crassum est: nec sciuit sectator iste, quomodo, & quæ tenuet calor, de quibus egit diffusè noster Castellus lib. 1. de suffumigijs cap. 8. sed præter hæc falsa, nihil infert, & vt à quinta incipiam. nego illationem ob malè dispositos terminos, nec concedo, chylificationem esse tenuationem; nam chylificationis essentia est coctio. coctionis verò incrassatio ex Aristotele loc. cit. ergo etiam chylificationis essentia erit incrassatio. est quidem opus caloris tenuatio, sed in aptis tenuari, vt ait P. Castellus in Antidotario in cõmento Triphere minoris. *Bal.* Heus vos. Dictum hoc nostri Prœceptoris Cortesij de calore comminuente cibos Mercati au-

Coctio incrassat.

Examinatur quinta propositio

cto-

ctoritati nititur. *Pet.* quid proinde? An dabimus calori in gratiam Mercati dentes ad comminuendum vt ori? debebat potiùs legere Eruditissimi nostri Lectoris Castelli epistolam quintam Decadis primæ, vbi mirabiliter explicat veram coctionis in ventriculo formam. *Bal.* sed quis negat à calore fieri aliquam ciborum tenuationem; si postea concocti per angustissimas vias lactearum venarum ab Asellio repertarum ad iecur ferri debent? *Bua.* negabunt hoc omnes quibus est persuasum, nullos esse in ventriculo dentes ad terendum, & ijdem facile docebunt, quomodo permeet ad epar per venas angustas: fiet enim hoc quia eliquatum est alimentum, & partes crassæ à tenuibus separatæ.

Petraſ. Exemisti omnem ex animo scrupulum, sed quœso te: quid sentis de sexta propositione? *Bua.* non aliter ac de cœteris, falsam esse, & nihil inferre; non enim sequitur. Calor primò tenuat, mox incrassat. ergo omnia miscet. aliud enim est mixtio, aliud incrassatio, aliud tenuatio. An sol agens in lutum, postquam attenuauit, incrassauit, permiscet? Et quomodo miscet, si separauit tenuia? Quorsum demum hoc faciet? *Bal.* quia aliquod co-

Examinatur sexta.

ctum,

ctum, aliquod crudũ remaneret. *Pet.* O bellam sequelam. ergo non omnes partes carnis elixatæ, aut assatæ sunt coctæ? an nè mixtio ipsa coquit? Quod si hæc sufficit, non opus est calore. Quid si Animal solũ panẽ deuorauerit, non nè probe coquetur? Ita certè nam & fabæ in lebethem coniectæ optimè coquuntur, quamquam non misceantur cum alio. *Bua.* an vos latet, quod dicunt aduersarij, misceri hæc cum aqua? *Bal.* ita nè? at qui dicunt ijdem aquam in fundo residere panem in parte superna, quæ non minùs absurda, vt propterea censeam dicendum, non esse necessariam somniatam miscellam ad chilum gignendum. Confirmoque, quia vt ipsemet Cortesius epist. citata docet, alia cibaria sunt facilis, alia difficilis coctionis, quod cognosci non posset, si ad coctionem perficiendam omnia misceri deberent, & simul coqui. *Bua.* satis hæc mi Balde. Quid de illa illatione. Ergo chylificatio fit reductis ad minima alimentis. *Bal.* ignoro quomodo id inferat. *Bua.* estò. chylificatio fit alimenti ad minima reductio. ergo fuit facta mixtio ante chylificationem. falsum. aliud enim est cibus, aliud chylus: dum coquitur, sufficit, vt crassitèr priùs comminutus sit, vt

Examinatur septima

no-

noſter Caſtellus loc. cit. docuit, & dum eſt concoctus continet quidem Chylum, ideſt ſuum ſuccum concoctũ, non tamen totus cibus coctus ſub chyli forma apparet. at cũ ſuccus exuccatur, & à ſua fæce ſeparatur, tũc chylus dicitur, tenuis apparet, & vnius particulæ chylus, cum alterius miſcetur chylo, non autem ante coctionem, & tunc tenuis eſt, & ad minima mixtus. deceptus eſt autem ſectator, quia aliud eſt miſceri cibos in ventriculo. aliud verò miſceri chylum iam concoctum, ſeparatum à particulis cibi cocti, quia tunc quaſi homogeneus ſimul fertur ad Hepar, vbi coctione vlteriori caloris, hæterogeneæ chyli partes ſeparantur. declaro. in ventriculo adeſt v. g. panis fruſtulum, carnis alterum, alterum piſi, &c. hæc ſunt iuxta poſita, & humiditate elixantur potiùs; nec comminuuntur; ſed vt ſunt coquuntur. mox à cocto vno quoque ſuccus exprimitur, qui chylus dicetur, & hic non niſi à ſua materia extractus cum alio miſceri valet. ecce veram ſententiam, ecce omnia leuis ponderis reperta, vos autem conſiderate confirmationem. *Pet.* adducit Auic. ſen. prima primi. *Bal.* quo capite. *Bua.* eſt caput vnicum doct. 2. de elementis. vbi Auic. ignem

Quid ſit chylus.

Declaratio

Ad confirmationem.

docet,

docet, maturare, ſubtiliare, & penetrare, ac permiſcere. *Pet.* ſed quid infert hic bonus logicus. *Bua.* ignis permiſcet, & ſubtiliat. ergo cibus in ventriculo à calore tenuatur, & permiſcetur. *Bal.* per bella argumentatio. nec Petrus Ramus, nec Zabarella tantam logicam adepti ſunt. *Bua.* Aduertatis, quæſo, Auicennam opera ignis numerantem primo loco ponere maturationem, ſecundo ſubtiliationem, tertiò permixtionem. quia, quæ concoquuntur tenuantur, quæ tenuata ſunt facile miſceri poſſunt. Verùm iſte ſectator ex Auicenna contrarium infert, ſcilicet, priùs tenuationem, deindè mixtionem, denìquè coctionem. *Pet.* ad negationem. *Bua.* quid probat illud. *nec dicas, nam tibi dico.* ſiccinè refelluntur argumenta contraria? Quid eſt iſtud. *quod hoc valet.* iſtud inquam *hoc*? an quod ait Auicenna? benè dixit Auicenna. ſed eum non intellexit Auicenniſta.

Irridetur.

Inepta verba.

Secundum argumentũ

Bal. Conſideremus ſecundum argumentum. *Pet.* eſt Entimema. at duplex eſt Entimema ex Toleto in introd. lib. 4. cap. 18. & ex Georgio Caſſandro in Dialectica. tum in quo deeſt maior propoſito, tum in quo minor omittitur. At hoc Entimema, *cuius* generis

eſt?

est? nec maiorem, nec minorem aptare queo. vndè falsum Entimema pronuncio. at consequentis falsitatem ipse noscens, mox probat. probat autem quia, quando mixtum fit ex elementis, miscibilia debent inuicem misceri, vt tertium specificum gignatur: sed quando mixtum fit ex alio mixto, vt chylus ex cibis, fit ex rebus diuersæ speciei. ergo cibi varij debent inuicem misceri, vt ex diuersis specie resultet vnum specificum. *Bal.* quæ forma sylogismi? *Bua.* falsa. quia subiectum primæ, & secundæ propositionis diuersum est, nec medius terminus aptus apparet. vndè non cohærentibus propositionibus inualida conclusio. *Pet.* sed si consideretur argumentum, quid probat? *Bua.* nihil, quia promittens probationem illius negatæ conclusionis: *ergo multò magis quandò mixtum fit ex alio mixto*: concludit solummodo. Ergo cibi varij debent inuicem misceri. sed consideremus Galeni verba. *Pet. Turdus sibi cagauit mortem*, vt cum Merlino loquar. attulit Galenum, qui contra ipsum loquitur. sententia autem Galeni est, non quidem mixta, vel elementa à calore misceri; sed potiùs separari. immo materias ex rebus diuersæ naturæ conflatas ope coctionis secerni, licet in coctione

Entimema falsum.

Syllogys. falsus.

Galeni sententia.

agitentur motu, seù calore disponi ad segregationem, quæ, cessato caloris motu, & refrigescente materia, mox succedit. Noster autem Castellus optimè declarauit caloris effectum esse separationem, quo quia vtuntur Chimici, nomen spagiricæ, ideſt separatoriæ artis assumpsere, vt legimus in chymicis prælectionibus cap. 5. Et patet, quia in aqua decocta, & refrigerata, graues, & terreæ partes segregatæ fundum petunt. Vndè mirum eſt, quo pacto

Absurda illatio.

iste excellens physicus nobis obtrudere velit. In aqua cocta fit separatio partium per minimas particulas mixtarum, ergo cibi in ventriculo à calore coquente ad minima miscentur. Profectò ista conclusio, nec logicum, nec Physicum, nec Medicum sapit. sed ad alia.

Bua. Antequam ad alia transeamus, non nè videtis ex citato Galeni loco sectatorē inferre,

Sectator contra Aristotelem.

opus caloris esse *res diuersæ natura minutim ad inuicem miscere*, contra Aristotilē, qui proprium calidi esse docuit, homogenea congregare, & disgregare hæterogenea. sed error illustris sectatoris fuit, quia non distinxit operationē caloris

Error opponens.

in separando; non enim separare pōt homogenea sine agitatione: illá autem agitationem considerans, non considerauit agitationis finem,

nem, & effectum, qui est separatio; non autem minimarum partium vnio. ex quibus ab hoc optimo nostri temporis philosopho tandem colligitur, necessariam esse mixtionem assertam. Nos verò, condiscipuli diligentissimi, quid aliud colligere possumus, quàm istũ lusisse, nec seriò loquutum fuisse? nihil enim concludit. *Pet.* Quid ergo? an probabimus alteram sententiam Præclarissimi viri Domini Antonij Santorelli, Neapolitanę Academiæ primi olim philosophiæ interpretis, & nunc Theoricæ Medicinæ Professoris primarij, qui in aurea Antepraxi iterum edita lib. 15. cap. 14. prædictam Cortesij Præceptoris nostri sententiam minimè admittendam censuit; quia falsum censet, chylum fieri deductis ad minima alimentis assumptis? *Bal.* Ita sanè: nam vbi mixtum fit ex elementis, hoc est necessarium: cum fit ex mixto, nequaquàm hoc requiritur. Ergo, cum effectio chyli ex alimento, sit productio mixti ex mixto, reductio ad minima non erit necessaria. Sententia Santorelli.

Bua. Atqui sectator contrarius ait, antecedens esse falsum, cognosciq; ex suo præallato discursu. *Bal.* optimè nuncupauit discursum, cùm syllogistica forma careat. *Pet.* & addit, Responsio opponent.

falſitatem patere, eo quod aduerſarius debebat hoc probare, & non tantùm dicere; ac ſi eſſet determinata concluſio. *Bal.* ſi hoc eſſet, omnia, quæ protulit Hippocrates, & non probauit, falſa eſſent. An quod omnibus conſtat eſſe verum, vel abſurdum, eſt probandum? *Bua.* probemus nos ita illā ſecúndam partem. Cum mixtū ex primis elemētis eſt producendum, aut mixto, neceſſarium eſt, vt quælibet pars mixti ſit mixta: ſed non poteſt hoc fieri, ni elementa omnia diuidantur ad minima. Quare hoc prærequiritur in generatione mixti ex elementis: vbi contra ex alio mixto gigni debet, erit quæuis pars mixti mixtum, quamquam nulla præcedat comminutio. Quare diuiſio ad minima in generatione mixti ex elementis, neceſſaria eſt, non in generatione mixti ex mixto, vt chili ex cibo. *Pet.* habeo, ſed quœſo conſideremus, quid velit Corteſij ſectator, cum æternæ memoriæ conſignauit, ad chylificationem neceſſariam eſſe ad minima comminutionem: intelligit ne per chylificationem, ipſam alimentorum coctionem, qua gignitur chylus, vel ſeparationem chyli iam geniti ex coctione; nam χύλωσις, ideſt ſuccatio ex Gorræo eſt actio ventriculi, qua cibus in chy-

chylum mutatur: ſi velit primum, dicatq; ad coctionem, neceſſariam eſſe ad minima reductionem cuiuſq; cibi, experientia reijcit, nam ſi veluti in lebete, ita in ventriculo fit coctio, & elixatio, vt vult aduerſarius Queſt. 2. veluti ad coctionem factam in lebete, non fuit neceſſaria comminutio, neque etiam in ventriculo neceſsaria erit. Quod ſi intelligat per chylificationem ſeparationem chyli, ſeù ſuccationem, quæ fit concocto cibo, ſiuè dicatur ἡ χύλωσις, ſiuè χυλισμὸς, vtrumque enim ex Dioſcoride apud ſcapulam, indicat ſucci expreſsionem, conſtat ad hanc ſuccationem efficiendam, non eſſe neceſſariam ciborum mixtionem, ſed ſufficere expreſsionem, quæ fit à ventriculo ſe comprimente vigore facultatis expultricis, & attractione à venis Meſenterij, non quidem meſeraicis, ſed lacteis, vt cum Aſellio ſentit doctiſsimus lector noſter Caſtellus lib. 7. Emetriæ cap. 8. modo ad aliud tranſeamus.

Bal. Probat ſecundo admirandus Santorellus hoc modo. Ventriculus in coctione peragenda amplexatur cibos. Ergo non poſsunt fieri hæ deductiones ad minima promiſcua mixtione tenuiorum cum craſsioribus. 2. Ratio Santorelli.

Negat

Sectatoris negatio.

Negat sectator consequentiam. *Nam non video,* inquit, *Bua.* verè dixit se non videre, nunquam enim vidit Anatomen, & ventriculi structuram; quam quidem ipsa sectione nobis ostendit diligentissimus Petrus Castellus, & ipse suis oculis inspicere poterit, quum hyberno tempore idem lector publicè cadauer secabit.

Probatur ratio Santorelli.

Pet. ego pro doctissimo Professore Santorello sic consequentiam probarem hoc sorite, si mihi liceret.

Ventriculus amplexatur strictè cibos, qui concoquuntur.

Sed dum cibi strictè amplexantur non mouentur.

Dum non mouentur, non permiscentur, nec ad minima tenuantur.

Ergo dũ amplexantur stricte, nec permiscẽtur, nec comminuuntur ad minima; si quidem ex motu alimẽti sursum infra facto comminui alimenta, dicebat Cortesius.

Bua. respondet ipse, *quando non amplecterentur, non possent forsan ad inuicem misceri. Bal.* addidit *forsan*, quia dubitat de sua chimera, & facit propositionem contingentem, conclusionem verò necessariam! O quantum Diale-

Dialectica falsa aduersarij.

lecticæ discemus ex his rapsodijs! causam addit, quia id, quod impediret amplexum, posset impedire mixtionem. *Pet.* hæc est eius imaginatio, quæ nec diminuta, nec ablata actio cerebri dici potest, ergo deprauata erit. Equidem nunquam vidi, Animal ligatum, constrictum, & amplexum meliùs moueri eo, quod à nullo tenetur: sic pasim obseruaui, quæ in vase continentur semipleno, facilè moueri, difficilè verò, cum omninò plenum est, sed errauit, quia veram chyli confectionem ignorauit, legat ergo Epistolas citatas Eruditissimi Castelli, & discet fieri in ventriculo ciborum fermentationem, non autem motum sursum, & deorsum ciborum in multo potu elixatorum, vt fit cicerum dum coquuntur. Concludit autem iste ex ineptis asumptis ineptè: concludemus nos ex optimè demonstratis, veram esse doctissimi Santorelli sententiam. An idem sentiēdum de alijs, mox dicamus, ac vt eodem ordine procedamus, illud examinemus, an fiat ebullitio in stomacho, quemadmodum in lebethe.

Absurditas.

Adhortatio.

QVAE-

QVAESTIO II.

Fiat ne elixatio in ventriculo, vt in lebethe.



Ffirmat Cortesius, & suus assecla: ergo ait *Alimenta à potu suspensa ita eleuantur, vt non remaneant in fundo magis crassa, quàm tenuia, potus enim, qui supra bibitur, ad fundum ventriculi descendens, omnia subleuat, nihilque fundum ventriculi attingere permittit, sed in ipso suspensa alimenta tanquàm materiæ concoquibiles in aqua lebetis coquuntur*. Id à Santorello negari imponunt ijdem, quod scripserit, neque in lebethe hoc fit, nam eleuata à vapore, mox fundum repetũt. Petras. rectè dixisti imponunt, nam nunquam negauit elixari alimenta in stomacho, vt in lebethe: negauit somnium illud, agitari alimenta in ventriculo, dum coquuntur. ferrique sursum, deorsum. *Bald.* Cur somnium

ap-

appellas, ſi vidit cicera, & alia legumina, dum in lebete coquuntur, moueri ſurſum, deorſum? *Pet.* legumina inania vidit fortaſſe attolli: cibum ore manſum, & contritum, vel ſimilem materiam ex pane, & cibarijs contritis, & in lebete poſitam cum multa aqua, aut vino ad coquendum, ſurſum lebete ebulliente ferri, aquam, vt grauem deſcendere ad fundum, vel mulierculæ norunt falſum eſſe. *Bal.* neque valet adducta ſimilitudo, nam calor ignis, quia ſummus, poteſt feruore inducto agitare, noſter quia tepidus leuiter fermentat cibum, vt nos docuit erudiriſsimus noſter Caſtellus Epiſt. cit. impetuosè non mouet. *Bua.* Addo aliud à natura grauium, & leuium deſumptum ſi aqua, vt grauis fundum petit, & cibus, vt leuis aſcendit, ſecundùm varias corporis poſituras, varioſq; ſitus, variaretur locus ciborum in ventriculo, ſi quidem homine ſtante, potus eſſet in fundo ventriculi, iuxta placita Corteſij: at decumbente in dexteram partem, pars inferior eſſet pilorus, & ibi reſideret aqua, ſi decumberet in ſiniſtram, aut in anteriorem, aut in poſteriorem, ibi ſemper reſideret potus. *Pet.* Repugnat eadẽ

Alia ratio.

Alia ratio ſubtiliſſima.

apertè Gal.& alijs multis ſcribentibus, coctionem in fundo ventriculi celebrari,non in parte ſuperiori.Gal.5.de loc.aff.cap.6.loquens de ore ventriculi. *proprium eius eſt* inquit *natantes cibos corrumpere, quemadmodum, vbi cibi in ventriculi fundo firmantur, nihil horum patitur*, & in fine capitis ſcripſit. *At quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, neceſſe eſt hanc ipſam partem, quùm malè diſpoſita fuerit, cruditatũ eſſe cauſam*,& 6.de ſan.tuen.cap. 11.Gal.laudat cibaria auſtera,& adſtringentia in fine menſæ ſumpta, *vt trudantur deorſum, quę in ſummo natant*.item libro de diſſol. cont, cap.1.cũ laudaſſet adſtringẽtia à cibo, ſubdit, *quia fundus ſtomachi eſt calidior, & potentior ſuper digeſtionem propter multitudinẽ compactionis eius, quæ eſt in eo de partibus carnis, & ſuperius ſtomachi eſt neruoſum, frigidum debilis digeſtionis, & ideo quando natat cibus in ſtomacho, non digeritur.* Cõfirmat Galeni ſententiam Auic. lib.3. fen. 13. tr. 3. cap.3. his verbis *omne quidem faciens natare cibum,eſt prohibens digeſtionem*, & cum ipſo Auicenniſtæ, vt Gentil.in comm. Valeſcus lib.4. cap.3. dicens fieri coctionem in fundo. Sauonar.tr.6. cap.13. Fernelius quoque 6.de-

Coctio in fundo ventriculi.

funct.

funct.cap.1. ſcribit ventriculum ſumpto cibo debere ſe arctiſsimè conſtringere, *alioqui cibus in tanta capacitate huc, illuc fluitans, neque lateribus ventriculi, coarctatus haud quaquā plenè concoqui poſſet.* Si caſu ergo fluitet, & moueatur cibus in ventriculo, impeditur coctio. motus itaque ciborum, tantum abeſt, vt coctionem iuuet, vt impediat: ſed redeamus ad Gal. nonnè dixit 5. in 6. Epid. 32. quæ in ventriculo, & iecore ſunt, per quietem coqui? hoc etiā probauit Petrus Caſtellus noſter lib. 1. Emeticæ cap. 10. indiſſolutum ergo eſt doctiſsimi Santorelli argumentum. *Bua.* ſed heùs vos ſocij? Aduerſarius factus eſt Aduocatus noſter, ſeù potiùs Santorelli doctiſsimi, & vt eidem faueat ex ſua mirabili, ni dixerim miſerabili, Logica, duo depromit argumenta. *Pet.* validiſſimos certè protulit ſyllogiſmos (ne dicam ſolecifmos) quos neſcio an Equinos, vel Aſininos vocem, incedunt enim quatuor pedibus. Argumentum eſt hoc.

Contra motum ciborum.

Admiratio

Syllogyſmus nocuus.

Coctio in ventriculo non poteſt dici Elixatio.
Sed coctio in lebete elixatio eſt
Ergo. Coctio in ventriculo non eſt, vt illa quæ fit in lebete.

Hic ſyllogiſmus cadere non poteſt, quia qua-

drupes; sed quia paralisi laborant pedes, ambulare nequit: dicunt Logici esse in secunda figura, idest in Cæsare, sed minoris subiectum est absolutum, conclusionis autem prædicatum comparatiuum, vndè cum isti duo termini non similiter supponant, erunt diuersi; proindè duo non vnus, ideò syllogismus ex quatuor terminis; aliud enim est *coctio in lebete*, & aliud, *coctio sicut ea, quæ fit in lebete*. *Bal.* aliud notandum, quia indirectè concludit, & ex illis præmissis deberet concludere.

Ergo coctio in lebete non est coctio in ventriculo, nam argumentum semper sequitur negatum in altera parte, vt docet P. Ramus in Dialect. quæst. cap. 11. Et ex Arist. ac Auer. in com. 1. Prior. cap. 6. subiectum conclusionis, debet esse subiectum minoris. *Bua.* si reduceretur ad primã iste syllogismus conuersione maioris. dicendo.

Reductio syllogismi.

Elixatio non potest dici coctio in ventriculo, absurda esset propositio. Quare dicamus hunc falsum syllogismum, non recipi à doctissimo Santorello, qui est optimus Dialecticus, & Neapoli Philosophiam publicè explicauit, sicut nec ipsum reciperet eruditissimus Præceptor noster Castellus, qui Romæ Logicam

in

in patrio Gymnasio primùm professus est. *Bal.* consideremus vim propositionum. *Pet.* neganda maior, quia Santorellus nequaquam asseruit hoc, quod iste illi imponit, nunquam negauit coctionem in ventriculo asimilari elixationi, vndè imperfectus Hermaphroditus est prolatum argumentum, quod nec pro Santorello, nec contra. *Bal.* Minor propositio concedenda videtur. *Pet.* quis vnquã negauit? consequentiã directam libenter concedimus, indirectam autem, quam ipse protulit, distinguimus, & intellectam modo Cortesij concedimus, more Galeni negamus. *Bua.* Attendamus quantùm laboret contra se ipsum, conatur enim probare coctionem in ventriculo non esse elixationem, & licet possemus ipsum frustrà laborantem deserere, quia non est contra Santorellum, libet tamen aliud examinare argumentum, vt aliquid Logicæ discamus, sumus enim Tyrones, & iam dudum è Logica egressi, tale autem est.

Distinguitur consequentia.

Assatio, & Elixatio arte fiunt,
Sed coctio, quæ fit in ventriculo, fit à Natura.
Ergo. Coctio quæ fit in ventriculo non potest dici elixatio. Hoc argumentũ primo peccat, quia ex propositionibus affirmatiuis concludit negatiuè,

Syllogismus quadrupes.

tiuè, & Arist.non docuit nos talem argumentādi formam. Secundò termini sunt quatuor, nam medius terminus in maiori est, *fiunt arte*:in minori autem *fit natura*. *Bal.*in argumentis magnorum virorum, non ita expliciti sunt termini:sed vt ipsa nos rectè percipiamus, ipsi ea ad perfectionem reducere debemus, vt hoc modo.

Syllogismus reductus.

Elixatio fit ab arte, non à Natura.

Sed coctio in ventriculo, non fit ab arte, sed à Natura.

Ergo coctio in ventriculo non potest dici elixatio.

Hæc est fortasse argumenti forma, quam ipse intendebat in secunda figura, sed neque valet, quia maior propositio est particularis, negamus enim, omnem elixationem fieri ab arte, aliquam concedimus. Aduersarius autem respondet suo argumento, dicens elixationem fieri cum ab arte, tum à natura ex Arist. & quùm à Natura fit, assimilari elixationi in lebete: sed hæc gratis dicta sint, quia gratis ab ipso allata. *Bua.*consideremus, quo pacto probet coctionem esse elixationem. *Pet.* dimittamus hanc considerationem, nec nos, nec Santorellus id negauit, vltroq. concedimus: qua-

Refellitur.

Aduersarij responsio.

pro-

propter non erat opus in hoc probando adeò ipſum laborare. *Bua.* concedamus ergo primam, ſecundam,& tertiam rationem,in quibus exclamat coctionẽ in vẽtriculo eſſe ſimilem elixationi, quæ fit in lebete:concedimus totum, ſed negamus huiuſmodi elixationem eo fieri modo, quẽ ipſe ſomniauit, & id ipsũ debebat probare. *Bald.* En quantùm ſaltillat lecto Ariſtotelis loco, quem ſibi fauere cenſuit. *Pet.* contra nos nequaquam eſt, ſed explicate, quœſo dilecti condiſcipuli, concluſionem tertiæ probationis:nam ego, ſine oedipo ſenſum non percipio, *ſed huiuſmodi conditiones, benè conſiderantibus, ita vt non eget probatione, ſaluantur omnes coctioni alimentorum, quæ fit in ventriculo,ergo coctio, quæ fit in ventriculo fit, vt illa, quæ fit in lebete.* *Bua.* quot verba,tot errata, & primùm in grammatica: haud memini an notauerit puer omnia. Quid ſaluatur? an conditiones? *Pet.* coctioni! cui refertur? *Bal.* concluſio de lebete igne denigrato. *Bua.* facta eſt quæſtio de lebete non contra Santorellum, nec pro Corteſio, quia aliud negat Santorellus, aliud probare conatur ſectator. Quare aſſertio Santorelli in concuſſa remanet.

Opponens fruſtra laborat.

Obſcuritas aduerſarij.

Concluſio.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum coctio in ventriculo, ſine materia potulenta fieri poſsit.



Et. Occaſio ſcribendi fuit, quia clariſsimus Santorellus negans illam ſomniatam ciborum eleuationẽ, & deſcẽſum potus ad fundum ventriculi, non ſolùm negauit in ventriculo fieri huiuſmodi ſuſpenſionem cibi, qualẽ aliquando ſpectauimus in lebete à ſummo ignis calore, ſed addit, *neque in ſtomacho id fieri credendum: nam multi coquunt, tametſi non bibant*. Ex quibus verbis colligit ſectator, negaſſe Santorellum in ventriculo fieri elixationem ciborum, & ad hanc opus non eſſe humida materia. Porrò ſi ſectator eſt philoſophus, debebat conſiderare Excellentiſsimum Santorellum adduxiſſe propoſitionem de multis, non de omni. Præterea poſtquam ſectator eorum exempla pro Santorello adduxit, qui ſine potu vixerũt, & cibos coxerunt, debebat Philoſophorum more huiuſmodi rei cauſas adducere, vt exa-

Deceptio oppoſitoris.

ctè

ctè protulit lib.6.Emeticæ cap.11.de siti.Perillustris P.Castellus. Hac autem ratione differunt Santorellus, & sectator, quia hic nullos, ille autem multos sine potu concoquere cibum in ventriculo posse scribit. *Bua.* Experientiæ standum, nonnè adducit sectator Atheneum lib.2. c.2. qui ex libro Aristotelis de ebrietate, qui non extat, scribit, sine potu vixisse,& concoxisse cibum Magonem Cartaginensem,qui deserta arida ter pertransiuit,farinas siccas comedens,& nō bibens? Idem refert de Archonide Argiuo, qui nunquam aut sitiuit,aut bibit,quamquā multis cibis,& salsis vesceretur:addit Athenæus ex Euphorione Calcidensi Lasyrtam Lasionium quamquam non biberet,vrinam tamen excernere.Cælius quoque lib.13. cap.24. narrat quēdam ex Tomacellorum gente nunquam bibisse,quas historias replicat Schenchius lib.3. suarum obseru. Quercet.in Diætetico. Apollonius de Mirab. P. Castellus lib.7.Emeticæ, & alij. Refert etiā Plinius lib.7.cap.18. Iulium Viatorem Equitem Romanum ab Hydrope in iuuenta sanatum, in posterum potu omni abstinuisse. Vidit etiam Romæ prçclarissimus noster Lector Castellus Oratorem nobilissimum Regis Gal-

Multos sine potu vixisse.

Plus minū gentes,quā bibentes.

G liarnm

liarũ, qui ſemel tantùm in anno bibebat, vt refert libro citato. Nõnè fuere plurimi, qui plus mingerent, quam potarent, vt retulit Schenchius lib. 3. Cardanus de varietate lib. 8. cap. 40. Guil. Adolph. ſcrib. libro de vrina. Gattinaria ſupra 9. ad Almanſ. cap. de vrina inuoluntaria? Curauit etiam eruditiſsimus Caſtellus Romæ anno 1632. 33. & 34. ſuum Typographum Iacobum Maſcardum, qui per tres continuos annos paraplegia captus decuplo plus quam potaret, mingebat: ſic autem teſtatur cap. 4. libri de vrinis. *Bald.* ſed cur in his moramur miraculis, nonnè ſunt Aues plurimæ, quæ natura ſua nunquam bibunt, & tamen concoquunt, vt Carniuoræ, Bubo, Aquila, Falco, Accipiter? Vottonus de diff. Animalium lib. 2. cap. 40. *Genus Auium omne* (inquit) *cum potu exiguo contentum ſit, præterquam pauciſſimis quibuſdam, quæ & ipſæ rarò vtuntur*, deindè ſcribit. *Animalibus, quæ in Africa degunt inſuetum eſt bibere æſtate, propterea quod imbres per id tempus fieri non ſoleant*, ideò lib. 5. cap. 98. Camelos, dicit, ſitim quatriduo tolerare: at cibos coquebãt illi homines, & hæc Animalia. Quarè verè dixit Santorellus, multos abſque potu cibos concoquere. Et quoties nós hyberno tem-

Aues, quæ non bibũt.

tempore cœnauimus absque potu, & concoximus? *Pet.* sed quomodo hæc dicta, Aristotelis doctrinam subuertant, est considerandum. *Bald.* sed primo quid respondeat sectator ad præscriptas Historias. *Pet.* hæc esse inter admirabilia naturæ. *Bua.* tamen habent causam naturalem. *Pet.* distinguit materiam potulentam in aquam, & vinum, quæ bibuntur, & in humiditatem alimentorum, vt fructuum, & herbarum sufficientem ad elixationem in ventriculo, & fatetur sectator absolutè loquendo potum non esse necessarium, si alia adfuerit humiditas in ventriculo sufficiens ad elixationem, qua si caruerit ventriculus, necessario introducendam esse potu. Vndè ad Historias allatas respondet, habuisse eos humiditatem in ventriculo sufficientem ad elixationem: sed hoc nihil ad Santorellum doctissimum, qui non negat humiditatem in ventriculo, sed dixit, *non bibunt*: cum ergo sectator asserat, quandoque quod bibitur non esse necessarium ad coctionem, conuenit omninò cum Santorello docente, multos concoquere, & non bibere. Vim autem facit, & laborat sectator, vt probet humiditatem in ventriculo esse necessariam ad coctionem, vt sit

Responsio oppositoris ad Historias.

Materia potulenta duplex.

Conciliator.

elixatio, non autem assatio: sed cur laborat? frustrà laborat si id non negauit Santorellus! *Bal.* Quomodo subuerteret Aristotelicam doctrinam, & naturæ leges, si quis diceret aliquos non bibere? nonnè id accidisse fassus est Aristoteles citatus? fassus est Aduersarius? immo protulit etiam, aliud esse non bibere, & aliud non habere in ventriculo humorem, quo elixari cibi posint: cur ex vno infert aliud? quid probat primo discursu? *Pet.* fore vt confunderentur elixatio, & assatio, & concludit cum Aristotele, necessariam esse materiam potulentam ad elixationem in ventriculo: sed nihil contra Santorellum, qui non negauit elixationem, nec materiam potulentam, secundo modo acceptam à sectatore: sed potum primo modo intellectum, quem sectator ipse concedit, non esse necessarium. *Bua.* quid probat secundo discursu? *Pet.* intentionem Naturæ confusam iri; quia hac potulenta materia vtitur, cum ad elixandum cibum, tum ad deducendum chylum ad hepar per angustissimas venas. *Bua.* Nec hoc contra Santorellum, qui non negauit potulentam ventriculi materiam, sed quæ bibendo sumitur. *Bald.* sed cur negauit Santorellus potum ore sumptum?

Labor superfluus oppositoris.

De primo discursu aduersarij.

De secundo discurs.

Bua.

Bua. vt probaret non adeſse ſemper tantam in ventriculo copiam humoris, vt poſsit innatare cibus: veluti accidit magno lebete multa aqua repleto, in quo pauca materia impetuosè bulliens ſurſum, & deorſum fertur: ſciebat autem doctiſsimus Santorellus elixationem fieri in ventriculo, non aſsationem ciborum, nec ipſum latebat, fieri mixtionem cibi, & potus, ſeù craſsam quandam vnionem: etenim cibus, & panis imbuitur, & inflatur aqua, ita vt fiat magna maſsa, nec diſtincta ſint ſicca ab humidis. *Pet.* nonnè ad elixationem ſufficit pauca aqua, vt diſtinguatur hæc coctio ab aſſatione? vndè rectè cibato potus non poteſt multùm ſuperare cibũ, niſi in ebrio, ſi quis .n. ſobriè biberit, & comederit vt lib. vnã panis, & alterã carnis, & potauerit ter, ideſt vncias XVIII. cibus abſorbebit potum, & fiet elixatio, non tamen fiet motus ſomniatus ab Aduerſario. *Bal.* notum etiam erat doctiſsimo Santorello, in ventriculo, dum elixantur cibi, non fieri validum ipſorum motum: ſed leuem fermentationem, quam exactè explicauerat noſter Caſtellus, Chimicus eximius, & arcanorum naturæ miraculorum perſcrutator indefeſsus, vt patet ex eius mirabili libro de inſectis anima-

Explicatio Santorelli.

Potus non ſuperat cibum.

malibus, & ex ſubtiliſsimis quæſtionibus chimicis: ſed ne amplius tempus teramus, concludamus ſectatorem nihil contra Santorellum concluſiſse, ergo ad quartam quæſtionem tranſeamus.

QVAESTIO IV.

Fiat ne chylificatio à ventriculo, vt pars eſt ſimilaris, an vt organica.



A Ventriculo, vt pars eſt ſimilaris chylificationem fieri voluit Santorellus, quia chylificatio eſt coctio: ſed hæc fit à temperie, ergo à parte ſimilari, non à ſtomacho, vt organicum.

Santorelli ſententiæ vidétur fauere omnes, ac primum Gal. ná. 3. de cauſ. ſymp. cap. 1. quatuor elementorum certa quædã tẽperies, quæ proprietatem corporis ventriculi efficit, mutationis ciborum eſt cauſa: tum quod plurimum in id vim calidum elementum conferat. Placuit idem placitum Fern. 6. pathol. cap. 1. Saluiano lib. 1. de coct. cap. 3. pag. 103. Fabrit. ab Aquap. cap. 2. de ventriculo Andern.

Dia-

Dialog. 6. p. 305. Rolsello quamquam alibi Santorellum pungat. Archang. quoque Piccolom. 17. lect. anatom. scripsit de re hac sermone instituto, vsus ventriculi, qui circumfertur, vt nimirum alimenta in chylum mutet, non est ventriculi, vt est pars dissimilaris, sed vt est pars similaris, duabus tunicis spermaticis constans, in quibus insidet tacita quædam vis, & coeca quædam proprietas chylofeos effectrix, & cibaria quæcunq; in chylum conuertendi.

Bald. Num rationes suffragantur huic veritati? *Pet.* suffragantur quidem, & multæ. *Bal.* Affer quæso, facies rem mihi gratissimam. *Pet.* faciam libentissimè, Prima sit ista. Concoctio ventriculi, est alteratio facta à calore naturali, & proprio: sed caloris subiectum sunt partes similares, vt patet, nam intemperies frigida, est partium similarium morbus. Secundo ventriculus malè coquit, si mala fuerit tẽperie donatus: benè si laudata gaudeat: at temperies, & intemperies spectant ad partes similares, non ad organicas. Quare à parte similari, in qua tẽperies, coctio, siuè chylificatio. Tertio coctio est actio similaris, non dissimilaris. Ergo à parte similari fit, non à dissimilari.

Bal.

Bal. Profecto videntur mihi hæ rationes vſque adeo efficaciter ſuadere propoſitum, vt non videam, qua via poſsit illas euadere, & in ſententiam huic oppoſitam ire.

Bua. Iuit nihilominus, ſectator Corteſij, quia nulla eſt tam abſurda ſententia, quæ aliquem non inueniat auctorem. *Bal.* Quid cenſet ergo? *Pet.* Dicam paucis, chylificationem eſſe coctionem organicam, & à ventriculo fieri, vt organicus eſt, non vt ſimilaris: perfici demum vult coctionē à temperie organica ventriculi, non à temperie ſimilari eiuſdem. *Bua.* nondum deſiderium expleuiſti; adhuc enim ſcire deſidero, qua arte effugit rationem illam Sātorelli Chylificatio eſt coctio: ſed eſt coctio actio ſimilaris, & fit à calore, ſeù tēperie, ergo à parte ſimilari chylificatio. *Pet.* Negat primum chylificationem eſſe ſimilarem actionem; fit enim inquit chylificatio à ventriculo: ſed eſt ventriculus organicum membrum, ergo chylificatio ab organico membro. Cœterum quia vrgebatur illo argumento, coctio fit à temperie: ſed hæc ſpectat ad partes ſimilares. Quare coctio à parte ſimilari, negat primum temperiem eſſe inſtrumentum coctionis, quia temperies calefacit frigefacit non coquit. Dicit inſuper

ſuper concoctionem, non fieri à temperie ſimilari, ſed organica.

Bal. Bone Deus, quot monſtra peperit hic Patronus Corteſij; enim vero ſi ſua ratio eſt efficax, licebit facilè eodem argumento concludere nutritionem ventriculi eſſe actionem organicam, non ſimilarem, vt ipſe docet. Poſſem enim hunc in modum arguere. Nutritio ventriculi fit ab ipſo ventriculo: ſed ventriculus eſt pars diſsimilaris: quare nutritio ventriculi eſt actio diſsimilaris. *Bua.* Deducere ad inconueniens, non eſt ſoluere. Proindè ſolue ſi potes rationem adductam. *Bald.* ſoluam & paucis, nam iuſtam ad cauſam, tria verba ſufficiunt. Coctio fit à ventriculo. Diſtinguo vt organicum eſt membrum, & nego: fit à ventriculo, quatenus tali temperie fuit donatus, & concedo. Nunc vero ſpectat temperies ad ſimilares partes. Quare chylificatio ſimilaris actio eſt, non organica.

Bua. An putas nodum omnem ſoluiſſe? at verò ſunt alia, & multa extricanda, negat enim Aduerſarius temperiem coquere: ſed calefacere vult, & frigefacere: atque vbi à temperie chylificationem fieri cogatur fateri, à temperie organica dicet fieri, non à ſimilari. *Bal.* Cur

Petrafitta ita taces? An perculſus es robore argumentorum? *Petr.* Monſtruoſitate dicam, nã de cœtero, ſunt hæc nugæ, & vt Plautus ait mortualia. Quis enim, niſi prorſus deliret auſus eſſet negare, concoctionẽ à temperie fieri? nam ratio, qua eſt ductus ad hoc negandum oppoſitum probat, non ſuum propoſitum. Calefacit inquit temperies, ergo ad coquendum conducet, nam à calore concoctio: ergo à temperie ſimilari, nam organica, vt organica non calefacit. *Bua.* negat adhuc contumaciter aduerſarius, nam ſi à temperie fieret chylificatio, chylificaret quæuis pars, eadem temperie prædita, vt pes manus. *Bald.* chylificabit procul dubio, ſi cœtera omnia, quæ ventriculo neceſſaria ſunt, in parte alia à ventriculo ponantur; quoniam verò hoc fieri nequit modo aliquo, eſſet enim illis poſitis pars illa vẽtriculus, non pes manus, idcirco ventriculus tantũ chylificabit, numquam pes, aut manus. *Bua.* fateor te illuſtraſſe has tenebras, at dic quœſo *Petrafitta*: cenſes ne admittendam duplicem illam temperiem ſimilarem organicam? *Pet.* ſimilarem admitto cum omnibus: organicam cum omnibus nego; equidem ſi hæc admittatur, quemadmodum multiplex eſt intemperies

periesin parte ſimilari,ſic multiplex ponenda eſſet pariter in organicis partibus, eſſentque Medici omnes diminuti, quippè qui agentes de morbis diſsimilarium partium, nō meminere morborum in intemperie organica. Eſto tamen eſſet illa admittenda, non eſt modo aliquo dandum huic auctori, coctionem fieri à temperie organica, non enim habent hanc temperiem organicam ſimilares particulæ: quare neque trahere poſſent, neq. coquere, aut nutriri: at verò hæc omnia præſtant. Quare bifariam peccat Aduerſarius, & quia negat coctionem eſſe actionem ſimilarem, & quia affirmat tractionem, & retentionē eſſe actiones organicas, cum tamen has omnes aptiſsimè expleant ſimilares particulæ.

QVAESTIO V.

Vtrum ventriculus non roboretur, nisi priùs nutriatur.



Educamus nos quæsitum ad verum sensum, & dicamus, Præclarissimum Santorellum, vt se opponeret nostro Eruditissimo Comiti, atque Lectori dilectissimo, qui censuerat. *Ventriculo frigido primùm danda esse tenuia, deindè crassa, nam tenuium coctione roboratus ventriculus poterit concoquere crassa, quod assequetur nunquam huiusmodi auxilio destitutus*. hæc in antepraxi scripsisse. *Non nutritur ventriculus chylo, parùm itaque refert chylificasse, quo roboretur, vt hac arte reddatur potens coctioni crassorum*, primò autem proponit illam famosam quæstionem, vtrum ventriculus nutriatur chylo, & negatiuam partem sequitur, adhærens alijs doctissimis viris, quales fuere Fernelius de funct. lib. 6. cap. 1. And. Laurentius Anatomiæ lib. 6. quæst. 20. vbi viriliter respondet Vallesio

ſio lib. 1. contr. cap. 14. contrarium ſentienti. Saluſtius Saluianus lib. 1. de concoctione cap. 2. Veſalius Anatomes lib. 5. c. 3. Pareus Anat. lib. 2. cap. 14. Duncanus Liddelius Phyſiolog. lib. 1. cap. 11. At Arcang. Piccolhominus lect. 16. diſtinxit nutritionem, & perfectam à ſolo ſanguine fieri contendit, imperfectam verò, ceù oblectationem quãdam à chylo. Ita etiam Andernacus Dial. 6. pag. 305. ſed Aſellius de venis lacteis cap. 21. refellit Hieronymum Fabricium lib. de vẽtriculo aſſerentem, tùm ſanguine, tùm chylo nutriri ventriculum. *Bald.* quid vobis videtur ſenſiſſe Gal. *Pet.* in hac re proferenda amphibius videtur fuiſſe, & modo in hanc, modo in illam cadere ſententiam; vndè aliqui ipſum inconſtantiæ arguunt. Ita etiam anceps fuit Auicenna. *Bua.* adhærebimus Ariſtoteli, Peripateticis, & Præceptori noſtro Caſtello lib. 7. Emeticæ cap. 31. laudatus enim eſt vir ab illuſtribus noſtri ſæculi viris, quantum enim ipſum extollat Præclariſsimus Paulus Zacchias in quæſtionibus Medico legalibus, legi poteſt. lib. 2. tit. 1. quæſ. 17. & tit. 2. Quæſt. 2. & 3. & lib. 4. tit. quæſt. vltima, & lib. 6. tit. 1. quæſt. 10. & alibi, quàm honorificè de Caſtello noſtro loquatur, in Nea-

Auctores pro Santorello.

Caſtellum laudantes.

Neapolitano Gymnasio Anatomes, & Chyrurgiæ professor eximius, & Medicus insignis Marcus Aurelius Seuerinus, legere est libro de nouissimè obseruatis abscessibus cap. 23. & in historia anatomica cadaueris Illustrissimi Marcelli Sacchetti. quantum autē illi tribuat Stephanus Rodericus Castrensis Pisanæ Academiæ delicium, patet ex Cōmentario Hipp. de Alimento, sic in Antidotario Fratris Donati Eremitæ Ordinis Prædicatorum, & in horto Farnesiano non nisi Petrus Castellus honorificè pariter citatur. In Apibus Vrbanis, seù libro de Viris illustribus Petrum Castellum quātùm laudauerit Scriptor Egregius, & Eruditissimus Leo Alsatius, ibi legi potest. citatur etiam insignis eius doctrina à Philippo Hechitettero rararum obseruat. dec. 3. & ab alijs. Ex Castelli etiam Vesuuio multa decerpsit Vincentius Alsatius à Cruce pro suo Vesuuio ardente, vt patet pag. 56. & p. 254. cap. 20. vbi virum doctum vocat, & Castelli sententiam de impetuosa conflagratione Vesuuij probat, & affert ex libro Vesuuij p. 42. & 44. ex omnibus enim Scriptoribus de impetuoso igne subterraneo primus noster Castellus Nitro tribuit impetum, sulphuri, & bitumini cum alijs

Castellus primus scripsit Nitrū impetuosi ignis causā

ac-

accenſionem, P. autem Ioannes Baptiſta Maſculus Neapolitanus è Societate Ieſu, qui de incendio Veſuuij ſcripſit anno 1633. poſt noſtrum Caſtellum, ipſius Veſuuium diligenter legit lib.4.pag. 138.& cauſam impetuoſi ignis Veſuuij à Caſtello inuentam probauit nimirum Nitrum conflagraſſe ſimul cum ſulphure, & bitumine, & ſi Auctorem huius ſententiæ non nominauit, qui fuit noſter ſubtiliſſimus Caſtellus, habet enim *rectè ſapientes viri docent*,& pag.140.lib.7.*rectè dixerim philoſophari eos*,& lin.11.*nonnulli viri docti putant*,Caſtellum innuens,primum huius ſententiæ Auctorem, vt patet clarè locis citatis docta Maſculi opera legenti: ſed hæc obiter,quis enim ſufficienter laudare poterit noſtrum Eruditiſsimum Caſtellum, ſcientiarum arcem, ac theſaurum? Quare regrediar ad quæſitum,itaque Santorellus huic ſententiæ adhærens dixit, ventriculum non nutriri chylo, quo fundamento conſtituto infert chylificationem non corroborare, quia non nutrit chylus.Ergo ſi à chylo non roboratur,non poteſt hāc ob causā fieri validus ad cibum craſſum coquendum. *Pet.* aduertite ſectatorem ampliare Santorelli ſententiam, non ſinceram referre initio quæ-

Santorelli ſententia.

ſtionis,

ſtionis, & ſententiam pro confirmatione ponere. *Bua.* benè percepi: ſed attendite contradictionem ſectatoris cum Præceptore ſuo. dicit hanc ſententiam fuiſſe adductam à Corteſio, *non quod verè id ſentiret, ſed vt demonſtraret, &c.* Ariſtoteles volebat demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs, hic Logicus facit ex non veris: accedat Toletus, accedat Zabarella ad hanc nouam Logicam diſcendam. *Pet.* notate aliud, ſi non eſt vera Corteſij ſententia, cur ſectator vult veram eſſe cõtra ſuum clyentem? perdet litem Corteſius, ſi tales habet patrones. *Bald.* ſed quod adducit, oſtendere intendens, etiam ſi ventriculus non nutriatur cibo, & chylo, tamen ab aſſumptione cibi roborari vẽtriculũ, & totũ corpus nõ aſſequetur. *Bua.* glorioſus miles multa ſimilia paradoxa probauit, vt ex dictis apparet. *Pet.* roborationẽ fieri tripliciter proponit, per augmentũ caloris, per refectionẽ ſpirituum, & per nutritionem. *Bald.* adprimè. *Bua.* per augmentum caloris ventriculum roborari dicit; nam irati validiores euadunt. *Bald.* ſi hoc eſt, qui frigidum, & imbecillum habent ventriculum, ira roborandi ſunt. Verum quidem eſt Galenum dixiſſe iram eſſe feruorem quemdam potentiæ ira-

Contradictio ſectatoris.

Iocus.

Triplex roboratio.

irascibili primo de diff. feb. imò caloris innati calorem, & feruorem 3. de decretis, cap. 6. necnon tertio de diff. resp. & alibi, sed id accidit, quia ira motus quidam est ex eodem Gal. secundo de symp. causis. primo de diff. feb. 5. de decret. Hipp. at motus omnis est causa caloris, & febris, vt docuit noster Lector Castellus lib. 4. Emeticæ cap. 6. ita Ephemeram causat ira, ex Galeno pluribus in locis, nec non bilem gignit, auget autem pulsum, quia vsum auget, etenim auget halitum fuliginosum ex 10. meth. cap. 4. calor autem violentus, & febrilis nō modo nō auget calorē ventriculi, nec roborat, sed contrarium efficit, parit morbos, imbecillitatem, demum omnes vires resoluit, 12. meth. cap. 5. & primo ad Glauc. vltimo, quia ob nimiū motū, quo mouetur anima in actionibus animalibus, multi spiritus resoluuntur, eamq; ob causā corporis robur imminuitur, vndè syncope succedit. Quod si quandoq; ira videtur neruorū vires intendere, non augebit propterea ventriculi vim concoctricem, ira .n. mouentur spiritus animales, non autē naturales, imò ex Hipp. & Gal. 5. in 6. Epid. 9. videtur sentiendum, iram attrahere calorem, & humiditatem à corde, & pulmone ad caput,

Irę effectus

Ira calefacit caput.

nam idcirco videmus exiccari inferiora, sitire animal, ac bile repleri ventriculum, quæ postea coctionem corrumpit, non iuuat: fuit autem deceptus sectator, quia à viribus animalibus ob neruorum siccitatem auctis, arguit ad vires naturales. *Pet.* cum igitur nihil proficiat sectator hac sua ira, ad vlteriora transeamus. *Bua.* qui lógo itinere, vel alia de causa sũt imbecilles, roborantũr assumpta re calefaciente, ita absque eo, quod nutriantur validiores euadunt, ego id nego, imò potius roborari credo aqua frigida assumpta, quam frequenti, vel piperis, aut similis calefacientis vsu. *Pet.* sed notate, quàm aptè ad probandum hanc roborationem citet Galenum. *Bald.* in somni medio pulsus augeri dicit, quia calor fruitur alimento, quod concoquit, vndè roboratur. *Bua.* Misellus non nouit vsum pulsus, & quod fuliginibus auctis, necessariò augetur pulsus. An nè pulsus magnus, & frequens indicat robur ventriculi, an potiùs vsum pulsus auctum, & necessitatem fuligines expellendi? non ergo ea protulit Galenus, quæ hic illi imponit, nec longi itineris refectionem à calidæ rei assumptione. *Pet.* notate aliud, dum cibus coquitur dicit *calorem frui alimento*, & facultatem robo-

Impossibile.

Malè citatus Gal.

Implicatio

rari, sed quæ facultas? an concoctrix; an facultas calida? sed quomodo calor roboret, & an roboret ventriculum, vt organicum, vel similarē debebat explicare, quia si non roborat, vt organicum, non poterit, ex Cortesij sententia, chylificationem iuuare. *Bua*. Ad secundum accedens, breuis ero; nam asserens Aduersatius roborationem spirituum esse incompletum robur, & proindè roborationem spirituum ventriculi, esse robur incompletum, sequitur contrà Santorellum, qui non loquitur de hoc incompleto robore, imò nec Cortesius potest intelligi de huiusmodi spirituali robore; cum loquatur de roboratione per nutritionem ab assumptis cibis tenuibus, fieri autem hoc robur asserit sectator, dum à cibis incipientibus coqui, vapores eleuantur calidi. *Pet*. sed cum hæc legimus, cur non ridemus? Est nè hæc pugna Muscæ cum Elephante? Mirùm quot absurda hinc inferuntur. Cibi tenues sunt assumpti, & deuorati, mox cibi crassi sunt ingesti, qui prementes prohibent ascensum vaporum. Nec ob temporis breuitatem cibi tenues assumpti possunt concoqui, & vapores emittere. Accidit quod in sectatoris sententia cibi debent moueri, vt in lebete, ad

Ad secundam rationem.

Absurdum

minima misceri, & supernatare potui, vnde imaginatione non capio quando, & quomodo cibi tenues per se cocti roborare queant ventriculi calorem, vt possit coquere cibos crassos. *Bua.* Ad tertium de roboratione per nutritionem nihil est dicendum, quia & ipse fatetur non roborari ventriculum per nutritionem verã. *Pet.* Concludit deniquè hipoteticè. Si ventriculus assumptis alimentis roboratur, roborari per augmentum caloris, & spirituum refectionem, quæ quamuis sit incompletum robur, tamen facit Animal robustius, quia ex labore fessus statim ab assumpto cibo, redit ad pristinũ opus valdè robustus. Huic difficultati occurret Santorellus facile: neque enim is est, qui rem adeo compertam, & receptam ab omnibus audeat negare; refectis nempè spiritibus robur compararisnegat tamẽ, posse Cortesium ad spiritus ex nouo alimento prognatos confugere, vt suadeat eorum præsentia roboratum ventriculum, posse deindè alimenta crassiora euincere duas ob causas: Altera est, quia voluit Cortesius, chylificationem esse actionem organicam, non similarem. Dicat itaque consequenter necesse est, chylificationem organi opera, & figura celebrari, non bene-

Difficultas

Ad tertiam rationem.

Conclusio sectatoris.

ne-

neficio caloris,& temperamenti. Quare cum regenitus spiritus calorem augeat, organizationem non perficiat, non poterit Cortesius, si velit consona loqui autumare, à spiritibus stomachum posse roborari. Quare argumentum hoc Santorelli, quamquam si spectetur simpliciter sit exigui momenti, concludit tamen ad hominem. Altera causa ob quam non potest ad spiritus Cortesij Patronus confugere habetur ex eodem Cortesio, dans enim rationẽ suæ assertionis ait *tenuiũ coctione roboratus*; loquitur ergo de robore quod habetur à cōcoctione nō à spiritibus cumq; coctio in instanti nō fiat, & paucissimum intercedat tempus inter assumptionem cibi tenuis, & crassi, nisi velit in prandio tenuia, in cœna crassa assumi, non poterũt tenuia interea coqui. Quare neq; corroborari à concoctione ventriculus. Peruenit iam ad finem examen huius apologiæ, fructuosum nobis, ni fallor. *Pet.* ita est, ideoq. idem præstabimus cum alia in lucem prodierit sed vereor ne non audeat forçs exire maternas. *Bal.* hanc quidem, sciat, & parcat sectator, non quærebamus, sed aliam: cum autem hæc apologia prænuncia accesserit, non potuimus nos contineri, quin hæc paucula ludendo proferremus,

si verò alia accesserit serio pugnabimus; non .n. timemus hominē, qui verborū studet lepori, nō medicinæ, aut Philosophiæ, quāquā ægri non verbis, sed opere sanentur. Ergo si de Medicina loquendū est, taceant Oratores, taceant Grammatici, taceant sutores; ne cum Apelle dicere cogamur, *sutor non vltrà crepidam*. Prodeant Philosophi, Anatomici, Botanici, & Medici exercitati. Cortesium nostrum veneramur, & colimus; vt benignum Præceptorem nostrum, sed ætas decrepita, quam Deus illi largiri dignatus est, ad docendum, & scribendum modo ineptum fecit; & vt receptui canamus, cōsideret modo benignus Lector, si tres Muscæ deuorarunt Elephantem, nonne tres Crabrones occident Asinum, detracta Leonina pelle, quæ metum timidis incutiebat sodalibus, non autem Vespis, & Crabronibus? Quid nobis timendum est? Clypeum nos habemus, & Ducē, virum celeberrimum, toto terrarum Orbe notissimum, in vniuersa Medicina exercitatissimum, Philosophū eximium, Anatomes, & Chyrurgię peritissimum, Pharmacopeorum Dictatorem, Chimicum subtilissimum, in Theoria Lectorem, in praxi foelicissimè medentem, in simplicium autem

Quales Medici optimi

Consideranda.

Fiducia discipulorū in Magist. celeberrimo.

co-

cognitione, ita exercitatum, vt si Roma Henrico Coruino Delfensi ipsius sororio, Neapolis Illustrissimo, & Eruditissimo Fabio Columna gloriantur, gloriari multo magis Messana possit Lectore suo Petro Castello Romano: equidē simplicium horto publico constructo, nec Patauinæ, nec Pisanæ, nec Romanæ Academiæ, nostra inuidebit; nam hic scribet innumera præter conscripta, quæ honorificè memorat in suis Apibus Vrbanis seu de Viris Illustribus, nunquam satis laudatus nostri æui Scriptor percelebris Leo Allatius. Interea fruamur partis, Deumque precemur, det illi Nestoreos annos, vt nostram Academiam illustret, & literariam Rempublicam.

FINIS.

198
K
29

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gener.

Andreas Letteresius Canon. dep. vid.

Magister Fr. Dominicus Grauina Ordinis Præd. Curiæ Archiep. Theolog.